capitularis officium, quod, vivo adhuc archiepiscopo suo, sanctiores divinæ, et ecclesiæ leges cuiquam deferri posse vetabant; sed in suâ etiam *libertate* relictus publicas municipalitati gratias egit, et die 6 martii, post missam celebratam per *Mouvansium* Oratorii presbyterum, *insigni municipali* super vestes sacerdotales indutum, non dubitavit in cathedrali solemniori ritu collatum sibi munus inire, et possessionem capere *cum militibus;* non recusavit ea ultrò libenterque *elogia* excipere, quæ ad se, tanquàm ad *seditionis columnam* deferebantur tùm a *Richartio* civitatis præfecto, tùm *Vinayo* substituto procuratoris ejusdem civitatis; et ad extremum moratus non est hæc omnia novo etiam scelere cumulare. Etenim coràm omnibus se denuò civici sacramenti vinculo adstrinxit ergà nationem, ergà leges, et ergà regem Galliarum, iisque usus verbis, quibus ne impudentissimi quidem usi erant in Galliis, promisit, se præcipuè civilem cleri constitutionem servaturum, quidquid sibi ex adverso objiceretur obstaculi, et quidquid sui mussitarent sive *inimici*, qui reformationem limis intuebantur oculis, sive *amici*, a quibus se videbat derelinqui.

Id ut factis magis magisque comprobaret, eâdem die scriptum quoddam circumferri jus-

Digitized by Google

chapitre étoit remplie, la place de vicaire-général du chapitre, que, du vivant de l'archevêque, les lois divines et ecclésiastiques ne permettoient à personne d'occuper; mais rendu *à sa liberté*, il fit un remercîment public à la municipalité, et le 6 mars, après que la messe eût été célébrée par *Mouvans*, prêtre de l'Oratoire, qui portoit l'écharpe municipale sur ses habits sacerdotaux, il eût la hardiesse de prendre possession dans la cathédrale avec une grande solemnité et au milieu d'une troupe de soldats, de l'emploi qui lui avoit été conféré. Il n'eût pas honte d'accepter, avec une complaisance affectée, les *complimens*, tant de *Richard*, maire de la ville, que de *Vinay*, substitut du procureur de la commune, qui le louerent comme *un des principaux appuis de la révolte*; et enfin il ne tarda pas à couronner par un dernier crime, tous ceux dont il s'étoit déja rendu coupable; car il prononça de nouveau devant tout le monde, un serment civique, par lequel il s'obligeoit d'obéir à la nation, à la loi et au *Roi de France*, ajoutant même à ce serment des expressions dont les plus ardens révolutionnaires ne s'étoient pas même servis en France, puisqu'il promit de se conformer particuliérement à la constitution civile du clergé, quelqu'obstacle qu'il pût y rencontrer, et quoique pussent dire les *ennemis* de la révolution et *ses propres amis*, dont il se voyoit abandonné.

Pour soutenir ses premieres démarches par toute sa conduite, il envoya chez tous les cu-

Digitized by Google

sit *ad parochos*, in quo et *de sede vacante* verba faciebat, et *quadragesimalis* præcepti vinculum laxare audebat. Die verò 9 ejusdem mensis, per aliud simile scriptum eos omnes ab exercitio muneris *interdixit*, qui quoquo modo *seminariis* præessent, eo quòd jusjurandum deferre detrectassent; duo etiam subindè seminaria e medio sustulit; et temeritate denique tantâ, quanta credi vix aut ne vix quidem posset, litteris datis, die 5 ejusdem mensis, nos reddidit de suâ electione certiores, nos ipsos rogans, *ut electionem saltem suam minimè improbaremus.* Quæ cum ita sint, dubitabit nemo, quin ille *maculam atque execrationem sucæ senectuti conquisierit* (1).

Istâ ratione per civitatem Avenionensem nobiscum actum est. Ad *Carpentoractensem* autem civitatem quod attinet, aliasque *comitatûs* communitates, non dubiam profectò illæ in nobis spem excitarant fore, ut primo quoque tempore ad officia sua reverterentur. Illæ enim in conventum repræsentativum coactæ non susceperunt modò pro-legatum per Avenionenses expulsum, et Joannem Celestini Româ missum, sed etiam, die 27 maii, superioris anni palàm declararunt, se gallicanam constitutionem amplexuras in iis solùm, quæ *suis rebus, loco*, ac *tempori* essent accommodata, quæque *cum obsequio nobis debito* componi possent, sub cujus imperio et

(1) Eod. cap. VI, vers. 25.

Digitized by Google

rés une espece de mandement, dans lequel il parloit *de la vacance du siege*, et prenoit sur lui de dispenser les fideles d'une partie de *la loi du carême*. Ensuite le 9 du même mois, par un nouveau mandement, il *interdit* de toutes leurs fonctions tous les supérieurs des séminaires pour avoir refusé le serment; il supprima de plus deux séminaires, et enfin porta la témérité à un point qu'on auroit peine à croire, en nous écrivant une lettre en date du 5 du même mois, par laquelle il nous faisoit part à nous-mêmes de son élection, *et nous prioit de vouloir bien l'approuver*. Qui peut douter après cela *qu'il n'ait souillé sa vieillesse et qu'il ne se soit rendu lui-même un objet d'exécration?* (1)

Voilà en détail comment on s'est conduit envers nous dans la ville d'*Avignon*. Pour la ville de *Carpentras* et les autres communautés du Comtat, elles nous avoient donné lieu d'espérer qu'elles ne tarderoient pas à rentrer dans le devoir. Quoiqu'elles eussent en effet formé une assemblée représentative, non-seulement elles accueillirent le vice-légat que les Avignonais avoient chassé, et Jean Célestini que nous avions envoyé de Rome, mais elles déclarerent encore solemnellement, le 27 mai de l'année derniere, qu'elles n'adopteroient de la constitution française que ce qui conviendroit *à leurs intérêts, à leur pays*, et *aux circonstances*, et qui pourroit se concilier *avec*

(1) Même chap. VI, vers. 25.

Digitized by Google

ditione semper sese permansuras affirmabant. At postmodùm seu vi devictæ, seu blanditiis illectæ, seu insidiis circumventæ Avenionensium rebellium, satis apertè ostenderunt, se *dicis causâ* dumtaxàt summum pontificem venerari, et ejus ministros colere; dum reapsè illarum consilia non aliò spectabant, nisi ut pontifex, ejusque ministri constitutionem gallicanam universam sive ecclesiasticas, sive politicas res spectantem probarent, sancirent, exequerentur.

Ne inutili sermone prosequamur omnes deliberationes a conventu comitatensi captas; sat erit commemorare *septemdecim* illos articulos, ubi *jura hominis* eo prorsùs modo suscipiebantur, quo fuerant in decretis conventus gallicani explicata et proposita, illa scilicet jura religioni, et societati adversantia; et ita suscipiebantur, ut novæ constitutionis essent veluti basis ac fundamentum. Item sat erit commemorare alios *undeviginti* articulos, qui erant *prima novæ constitutionis elementa* ex ipso constitutionis gallicanæ fonte petita atque hausta. Quemadmodùm autem fieri minimè poterat, ut nos deliberationes sanciremus hujusmodi, utque nostri ministri, quicumque ii demùm essent, illas exequerentur, ita factum est, ut conventus repræsentativus illicò patefecerit vesanum illum rebellionis ardorem, quo jamdiù conflagrabat, quique ad id usque tempus delituerat.

Digitized by Google

l'obéissance qui nous est due comme à leur souverain, et dont elles assuroient en même-temps ne vouloir jamais s'écarter. Mais bientôt après, par l'effet de la violence, des caresses ou des embûches des révoltés d'Avignon, elles prouverent que le respect qu'elles affectoient de témoigner pour nous et pour nos ministres, étoit peu sincere, puisque tous leurs efforts ne tendirent qu'à faire approuver, sanctionner et exécuter par nous et par nos ministres, la constitution française dans tous ses points, tant en matiere civile qu'en matiere ecclésiastique.

Il est inutile de parler ici en détail de toutes les délibérations qui ont été prises par l'assemblée du Comtat. Il nous suffit de rappeller, 1°. les dix-sept articles *sur les droits de l'homme*, qui ne sont qu'une répétition fidelle de la déclaration faite par l'assemblée nationale de France, de ces mêmes droits, si contraires à la religion et à la société, et que l'assemblée du Comtat n'a adopté que pour en faire la base et le fondement de sa nouvelle constitution; 2°. dix-neuf autres articles qui étoient *les premiers élémens de cette nouvelle constitution*, et qui avoient encore été puisés dans la constitution même de la France. Or, comme il étoit impossible que nous consentissions à sanctionner de pareilles délibérations, et que nos ministres, quels qu'ils fussent, les missent à exécution, l'assemblée représentative du Comtat ne pensa plus dès-lors à se contraindre. Elle se livra ouvertement à cette passion insensée pour la révolte,

Digitized by Google

Odio itaquè percitus in pro-legatum nostrum, eo quòd nec suis petitionibus indulserat, nec civicum sacramentum detulerat, eumdem quâcumque exuit jurisdictione, et tanquàm ministrum nostrum haberi ampliùs non posse declaravit. Nec dissimili ratione cum dilecto filio *Christophoro Pieracchi* Carpentoracti rectore, cumque aliis ministris pontificiis est actum. Subindè in locum prolegati novum tribunal institutum, tresque conservatores Statûs nominati, et duo deputati ad nos missi, *mandato* quodam instructi, arrogantiæ et injuriarum pleno, ac apertam defectionem præseferente : quod in causâ fuit, cur deputatis hujusmodi omnem ad nos aditum occluderemus. Exauctoritatis ita nostris ministris, debuit *Joannes Cèlestini* romam re infectâ reverti, aliique pontificii ministri exindè recedentes petierunt primò *Aubignanum*, locum Carpentoracto proximum, mox *Buchetum* prope terminos venaisini comitatûs, subindè crescente tumultu, *Montemlimartium* in Delphinatu, et deniquè *Camberiacum*, ubi die 5 martii hujusmet anni, opportunas protestationes renovarunt, easque in actis cancellariæ episcopalis inserendas curarunt.

Quis unquàm credidisset, hunc nostrorum

Digitized by Google

dont elle étoit, depuis long-temps animée, et que jusqu'alors elle avoit cru devoir dissimuler.

N'écoutant donc plus que la haine que notre vice-légat leur avoit inspirée, parce qu'il n'avoit voulu ni se rendre à leurs demandes, ni prêter le serment civique, ils le dépouillerent de toute autorité, et déclarerent qu'on ne devoit plus le reconnoître pour notre ministre. Ils se conduisirent de la même maniere à l'égard de *Christophe Pieracchi*, recteur de Carpentras, et de tous nos autres officiers; ils instituerent aussi-tôt un nouveau tribunal pour remplacer l'autorité de notre vice-légat; ils nommerent trois conservateurs d'état, et nous envoyerent deux députés avec des instructions pleines d'injures et de hauteur, et si manifestement dictées par l'esprit de révolte, que nous crûmes devoir refuser d'admettre à notre audience de pareils députés. Nos ministres se trouvant ainsi dépouillés de toute autorité, *Jean Celestini* se vit forcé de retourner à Rome, sans avoir pu remplir la mission dont nous l'avions chargé. Tous nos autres officiers également obligés de s'éloigner, se retirerent d'abord à *Aubignan*, lieu situé à très-peu de distance de Carpentras, ensuite à *Bouschet*, sur les frontieres du comtat Venaissin; et les troubles s'étant encore accrus, ils passerent à *Montélimart* en Dauphiné, et enfin à *Chamberri*, où le 5 mars de la même année, ils renouvellerent les protestations qu'ils avoient déja cru devoir faire, et les déposerent au greffe de la chancellerie épiscopale.

Auroit-on jamais cru que le départ de nos

Digitized by Google

ministrorum discessum, non aliâ ex causâ profectum, nisi quod illi se omni jurisdictione exui, suamque ipsorum vitam periclitari viderent, veluti eorum sæpiùs iteratæ protestationes declarant, hunc, inquimus, discessum ansam præbiturum fuisse consilio municipali carpentoractensi, nonnullisque aliis communitatibus dictitandi, et vulgò obloquendi, esse populos a suo principe derelictos, solutisque propterea a jurejurando *fidelitatis* licere, si vellent, se regi christianissimo dedere, quemadmodùm reverâ faciendum sibi esse decreverunt? Populus sane avenionensis, et comitatensis sese nostræ ditioni subduxit, violare ausus humanas leges, atque divinas. Sed nos nunquàm de hisce populis deserendis cogitavimus, iisque proindè nostram opem auxiliumque conferemus imposterùm, veluti anteà præstitimus, modò ad nos revertantur. Hanc ipsam ob causam iis, qui a nobis defecissent, ultrò *veniam* obtulimus, nullis limitibus circumscriptam. At hic singularis nostræ clementiæ actus tàm Avenione, quàm Carpentoracti adeò effræni audaciâ exceptus est, adeòque indignæ deliberationes utrobique captæ, ut satiùs ducamus ea silentio, ac tenebris tegere, quàm in lucem emittere.

Sed non idcircò noster amor deferbuit. Non

Digitized by Google

officiers, qui avoit été nécessité, par le refus qu'on faisoit de reconnoître leur autorité, par les dangers qu'ils courroient eux-mêmes pour leur vie, ainsi qu'il résulte des protestations qu'ils ont souvent réitérées, pût donner occasion au conseil de la municipalité de Carpentras et à quelques autres communautés, de dire et de répandre, que les peuples du Comtat avoient été abandonnés par leur souverain, qu'ils étoient en conséquence déliés de leur serment *de fidélité*, et libres, s'ils le vouloient, de se donner à la France, ainsi qu'ils prirent la résolution de le faire. Les peuples d'Avignon et du Comtat, au mépris des lois divines et humaines, ont osé en effet se soustraire à notre domination; mais nous déclarons que jamais nous n'avons pensé à les abandonner. Nous sommes résolus au contraire à leur donner, dans la suite, comme nous l'avons toujours fait jusqu'à présent, tous les secours et tous les soins qui seront en notre pouvoir, aussi-tôt qu'ils reviendront à nous. Et pour leur prouver à quel point ces dispositions de notre part étoient sinceres, nous offrimes de nous-mêmes à ceux qui s'étoient rendus coupables de défection, *le pardon* le plus absolu du passé. Un acte de clémence aussi marqué fut reçu à Avignon et à Carpentras avec l'audace la plus effrénée. Les délibérations qui furent prises dans ces deux villes à cette occasion, sont tellement révoltantes, que loin de chercher à les faire connoître, nous voudrions pouvoir les ensévelir dans un éternel oubli.

L'affection intime que nous leur portons n'en

Digitized by Google

ignoramus equidem, ven. fratres, inter vos esse neminem, qui hactenùs patrata facinora summo non prosequatur horrore, et non eo suas curas convertat, ut quò meliùs possit suo pastoris munere defungatur. Scimus item vos inter, dilecti filii, canonici, parochi, aliique Avenionis, et Comitatûs ecclesiastici viri, plurimos existere virtute præstantes, et religionis ardore succensos, promptos proindè paratosque quibusvis tolerandis ærumnis, ad Dei, ecclesiæ, et patriæ causam tuendam. Scimus deniquè, ex vestro, dilecti filii, nobili, et civico cœtu plurimos esse egregio in ecclesiam studio, et optimo in nos animo, cùm Avenione, tùm multo magis in Comitatu, ubi integræ communitates benè multæ intactam, atque intemeratam servant religionem atque fidelitatem. Hinc a divinâ sapientiâ edocti eorum ducimus habendam esse rationem, qui probi et justi sunt, ut improbos cum mansuetudine toleremus. Et quamvis tanta crimina intuentes maximo animi afficiamur dolore, volumus tamen utrosque paternè alloqui, ut boni in proposito perstent, utque improbi in viam reducantur, et suas pœnitentiâ ducti culpas ejurent. Eò vel magis, quia per id temporis hæc scribimus, quo sanctius nihil est, quodque fert secum dies *reconciliationis* ac *pacis*. Minimè itaquè horrescimus *propter adversos casus*, qui, tàm isthîc, quàm in Galliarum regno evenerunt, perindè ac si Deus nos dereliquisset. Sed illud mente revolvimus ac reputamus, ea, quæ propter nostra, et populorum peccata acciderunt, *non ad inte-*

Digitized by Google

a cependant point été altérée. Nous n'ignorons pas, nos vénérables freres, qu'il n'est aucun de vous que ces divers attentats n'aient pénétré de l'horreur la plus profonde, et que vous n'avez rien négligé pour remplir, autant qu'il étoit en vous, vos devoirs de pasteurs. Nous savons aussi que parmi nos chers fils les chanoines, les curés et les autres ecclésiastiques d'Avignon et du Comtat, on en compte un grand nombre qui, distingués par leur vertu, brûlent de l'amour le plus ardent pour la religion, et sont par-là même disposés à tout souffrir pour la cause de Dieu, de l'église et de la patrie. Nous sommes assurés enfin, que, soit dans l'ordre de la noblesse, soit dans les autres classes des citoyens, il en est beaucoup qui sont animés d'un grand zele pour l'église, et d'un véritable attachement pour notre personne, non-seulement à Avignon, mais plus encore dans le Comtat, où l'on voit un grand nombre de communautés entieres, dont la fidélité pour leur Dieu et pour leur souverain est demeurée pure et inviolable. Instruits par la divine sagesse, à son exemple, nous supportons les méchans avec patience, en considération des hommes justes et vertueux qui vivent au milieu d'eux; et malgré l'affliction profonde dont nous sommes pénétrés à la vue des crimes affreux qui ont été commis, nous parlerons aux bons comme aux méchans le langage d'un pere, pour soutenir les premiers dans le bien, rappeler les autres de leur égarement, et leur inspirer un repentir salutaire qui leur fasse abjurer leur erreur. Le moment même où

Digitized by Google

ritum, sed ad correctionem esse generis nostri (1), certòque futurum confidimus, ut Deus optimus maximus, coràm quo sæpiùs procumbentes nobis, pòpulisque nostræ curæ concreditis veniam flagitavimus, reconcilietur servis suis; quippè *nunquàm quidem a nobis misericordiam suam amovet, sed corripiens in adversis populum suum non derelinquit* (2), *et qui derelictus in irâ Dei omnipotentis est, iterùm in magnì domini reconciliatione exaltabitur* (3).

Audite, ven. fratres, ac dilecti filii, nostras paternas voces, quas concilium sequentes ven. fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium ad vos convertimus, veluti pastor universalis, et

(1) Machab. cit., cap. VI, vers. 12.
(2) Loc. cit., vers. 16.
(3) Cap. V, vers. 20.

Digitized by Google

nous vous écrivons, doit plus encore que jamais exciter dans notre cœur ces sentimens de douceur et de clémence, puisque c'est le temps le plus saint de l'année, et qu'il est pour tous les chrétiens un temps *de paix* et de *réconciliation*. Aussi nous sommes bien loin de regarder les malheurs qui désolent le Comtat, ainsi que tout le royaume de France, comme une preuve d'abandon de la part de Dieu. Persuadés que ce sont nos propres péchés et ceux des peuples qui nous les ont attirés, nous croyons que si Dieu nous punit, c'est moins pour *nous perdre que pour nous corriger;* (1) et, pleins de confiance dans sa miséricorde, nous espérons que touché des prieres que nous lui adressons pour nous-même et pour les peuples confiés à nos soins, il laissera désarmer son bras, et nous fera trouver grace à ses yeux. L'écriture nous apprend en effet *que la miséricorde de Dieu est inépuisable, qu'il ne nous abandonne jamais lors même qu'il nous châtie avec le plus de rigueur, et que celui que le Dieu tout-puissant paroît abandonner dans sa colere* (2), *peut encore se relever par sa grace, et obtenir de lui son pardon* (3).

Ecoutez, ô vous ! nos vénérables freres, et vous, nos chers fils, les paroles affectueuses et paternelles, que, d'après le conseil de nos vénérables freres, les cardinaux de la sainte

(1) Machab., liv. II, chap. VI, vers. 12.
(2) Même endr., vers. 16.
(3) Chap. V, vers. 20.

Digitized by Google

princeps vester pro rerum ecclesiasticarum, ac politicarum diversitate. Ad *ecclesiasticum* regimen quod attinet, cum illis, qui jurejurando amplexi, et executi sunt, vel unquàm amplecterentur, et exequerentur isthîc *civilem cleri constitutionem*, eâdem mansuetudine agemus, quâ cum iis usi sumus, qui idem præstiterunt in Galliis, ubi ortum habuit eadem constitutio partim hæretica, partim schismatica, et in universum longè a regulis, et disciplinâ ecclesiasticâ abhorrens; ita ut proindè propositum nobis sit, nihil agere aliud, nisi easdem *declarare, ac extendere* canonicas pœnas, quas nostræ litteræ præseferunt, die 13 hujusce mensis, datæ *dilectis filiis nostris S. R. E. cardinalibus, et venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis capitulis, clero, et populo regni Galliarum :* quarum complura exempla ideò ad vos mittimus, ven. fratres, ut his juncta litteris ad manus deferenda curetis capitulorum, cleri, ac populorum istius nostræ ditionis.

Apostolicâ hinc nostrâ auctoritate declaramus irritos, illegitimos, et sacrilegos *actus* omnes, quocumque demùm nomine tùm *Avenione*, tùm *Carpentoracti*, tùm *alibi* facti sint ad amplectendam, exequendamque tàm tacitè, quàm expressè civilem cleri constitutionem universam, sive ejus tantummodò partem:

Digitized by Google

église romaine, nous vous adressons, en qualité de pasteur de tous les fideles, pour les objets qui sont du ressort de l'église, et comme votre souverain, pour tout ce qui intéresse l'ordre civil et politique. Quant au gouvernement ecclésiastique, nous vous prévenons que nous sommes résolus à traiter ceux qui ont prêté et exécuté, ou qui pourront, par la suite, prêter et exécuter le serment sur la constitution civile du clergé, avec la même douceur que nous avons montrée à l'égard de ceux qui l'ont prêté en France, où a pris naissance cette constitution en partie hérétique, en partie schismatique, et en tout point contraire aux regles et à la discipline ecclésiastique. Notre intention est donc de prononcer uniquement contr'eux les peines canoniques énoncées dans notre lettre du 13 de ce mois, *à nos chers fils les cardinaux de la sainte église romaine, à nos vénérables freres les archevêques et évêques, et à nos chers fils les chapitres, le clergé et le peuple du royaume de France.* C'est pour cela que nous vous en envoyons plusieurs exemplaires, pour que vous les fassiez connoître avec le présent bref aux chapitres, au clergé et aux peuples de nos états d'Avignon et du Comtat.

C'est pourquoi, en vertu de l'autorité apostolique dont nous sommes revêtus, nous déclarons nuls, illégitimes et sacrileges, tous les actes de quelque nature qu'ils soient, qui ont eu pour but, soit à Avignon, soit à Carpentras, soit par-tout ailleurs, d'admettre et d'exécuter tacitement ou expressément la susdite

Digitized by Google

tem : hosque actus omnes, quos *pro expressis* haberi volumus, damnamus, rescindimus, atque abolemus.

Super omnia rescindimus, atque abolemus *edictum diei* 8 *octobris anni* 1790, quo consilium municipale Avenionis, non minus temere, quàm impiè, ausum est cogere ven. fratrem archiepiscopum illius civitatis, canonicos, parochos, aliosque ministros ecclesiasticos ad se *civico jurejurando* obstringendos, catholico quovis homine prorsùs indigno, editâ declaratione, ut sedes archiepiscopalis, ut parochiæ, utque alia officia omnia *pro vacantibus* haberentur, nisi sacramentum hujusmodi deferretur : *edictum* propterea irritum, atque sacrilegum, suapte naturâ idoneum schismati invehendo.

Æquè damnamus, atque abolemus *electionem Malerii in vicarium capitularem*, eam declarantes impiam, violentam, irritam, atque sacrilegam, utpotè quæ incognita prorsùs est in ecclesiâ Dei ; cùm vivo adhuc pastore legitimo adimi regimen suarum ovium nequeat, nisi ex causis canonicis, ab ipsâ ecclesiâ, aut ab hâc sanctâ sede ; et utpotè quæ necessariis suffragiis destituitur, et omni caret libertate, ita ut non canonica et ecclesiastica electio considerari debeat, sed actus *militaris*, atque *hostilis*. Suffragia enim vis militaris extorsit : vi militari factum est, ut commentitia isthæc electio ederetur in vulgus, justis posthabitis canonicorum protestationibus, quæ profanum

Digitized by Google

constitution civile du clergé, en totalité ou en partie. Nous condamnons, cassons et annullons tous les susdits actes, comme si nous les avions expressément dénommés.

Nous cassons et annullons par-dessus tout, l'ordonnance du conseil de la municipalité d'Avignon, du 8 octobre 1790, par laquelle on a osé avec autant de témérité que d'impiété, enjoindre à notre vénérable frere l'archevêque d'Avignon et aux chanoines, aux curés et aux autres ecclésiastiques de la même ville, de prêter *un serment civique*, indigne de tout catholique, en déclarant que, faute par eux de prêter ledit serment, le siege archiépiscopal, les cures et tous les autres bénéfices, seroient regardés comme vacans. Nous déclarons en conséquence ladite ordonnance nulle, sacrilege, et destinée par sa nature à établir le schisme.

Nous blâmons également, et cassons l'élection faite du susdit *Maillieres* à la place de vicaire-général du chapitre, la déclarant impie, tortionnaire, nulle et sacrilege, tant parce qu'elle est sans exemple dans l'église de Dieu, qui ne permet de dépouiller du gouvernement de son troupeau aucun pasteur légitime de son vivant, que pour des causes canoniques, et par un jugement de l'église elle-même ou du saint-siege, que parce que cette élection n'a point été le résultat du nombre nécessaire de suffrages, et que la liberté y a été entiérement violée. C'est pourquoi on doit la regarder moins comme une élection canonique et ecclésiastique, que comme un acte militaire

Digitized by Google

actum antecesserunt, et consecutæ sunt : vi denique militari accepta referri debet electi ipsa possessio. Hùc itaquè convenire possunt quæ a *synodo Alexandrinâ* in epistolâ *ad episcopos ecclesiæ catholicæ* scripta sunt, cùm *S. Athanasius* e suâ sede fuit dejectus in conciliabulo Tyri, *cui Comes præsedit, ubi Comes verba faciebat, cæteri præsentes in silentio erant, vel potiùs Comiti obsequium suum accomodabant, ubi quod communiter episcopis placuit, ab illo impediebatur, ille imperio utebatur, nos a militibus ducebamur.* Optimè synodus affirmavit, dejectionem hujusmodi habendam esse tanquàm *negotium imperatorium, non synodale* (1). Æquè conveniunt, quæ a *S. Julio* dicta sunt, ubi in locum ejusdem Athanasii suffecerunt episcopi Ariani *Georgium* depeculatorem (*),

(1) *S. Athanas. Apolog. II pro fugâ suâ.* Op. omn. cit. tom. I, pag. 728, lit. D., et p. 370, lit. C.

(*) Le pape citant un monument ancien, a dû citer littéralement le texte, et en marquer l'édition ; c'est ce qu'il a fait : il ne devoit pas s'arrêter aux difficultés que le texte propose aux savans, lorsqu'elles sont étrangeres à son objet : aussi ne l'a-t-il pas fait ; mais nous, pour porter l'exactitude aussi loin qu'elle puisse aller, nous croyons devoir observer qu'il y a ici une erreur de noms. Comment le pape S. Jules, mort en 352, a-t-il pu parler de *Georges*, dont l'intrusion au siege d'Alexandrie ne date que de l'année 356, c'est-à-dire, quatre ans après? C'est que, dans sa lettre aux Eusébiens Daniel, Placille, Narcisse, etc. celle que le pape cite en cet endroit, comme dans celle de S. Athanase aux évêques orthodoxes, les copistes ont écrit *Georges* au lieu de *Grégoire*, alors intrus au siege de S. Athanase. C'est à ce

Digitized by Google

et hostile. C'est en effet par la force militaire, qu'on a extorqué les suffrages ; c'est par elle qu'on a rendu publique cette élection irréguliere, au mépris des protestations que les chanoines avoient faites, soit avant, soit après un acte aussi irréligieux. C'est enfin par elle qu'on est parvenu à mettre l'élu en possession. On peut donc appliquer à la circonstance présente ce qu'on lit dans la lettre des peres *du concile d'Alexandrie*, à tous les évêques catholiques, lorsque S. Athanase fut déposé dans le conciliabule de Tyr. *C'étoit*, disoient les peres de ce concile, *le comte* (*) *qui nous présidoit ; c'étoit lui qui portoit la parole, et tous les autres qui étoient présens, gardoient le silence, ou plutôt obéissoient à ses ordres ; il s'opposoit à tout ce que les évêques délibéroient ensemble : il n'avoit qu'à commander, et l'on voyoit les prélats traînés par une soldatesque impudente* (1). Aussi le concile déclara-t-il, avec raison, qu'une pareille déposition devoit plutôt être regardée, *comme un acte de l'autorité impériale, que comme le jugement d'un concile* (2). On

(*) Le comte Flavius Denys, et non pas le gouverneur, comme ont traduit quelques interpretes. Il l'avoit été de Phénicie en 328, mais ne l'étoit plus. Les autres gouverneurs, celui de la Palestine, et Archélaus qui l'étoit de l'Orient, ne paroissent pas avoir été ennemis de S. Athanase. (*Note de l'éditeur.*)

(1) Trad. par Tillemont., Hist. eccles., t. VIII, p. 36, édit. in-4°. Paris, 1702.

(2) S. Athanase dans sa deuxieme apologie sur sa fuite, tom. I, pag. 728, lettre D, et pag. 370, let. C.

Digitized by Google

eumque militari manu stipatum Alexandriam miserunt. Egregiè S. Pontifex scribebat, *Georgium* in ecclesiam ingressum fuisse, *non cum presbyteris, et diaconis civitatis, sed cum militibus..... Dilecti credite, tanquàm Deo præsente, cum veritate loquimur, non est istud piè factum, non ex jure, non ecclesiasticè* (1).

Declarata electionis nullitas nullitatem secum fert omnium actuum per *Malierium in introitu* gestorum sine jurisdictione, contrà rectores seminarii, contrà probos pastores, con-

---

dernier qu'il faut rendre le reproche que le vénérable prédécesseur de Pie VI faisoit à son usurpation et à tous les crimes qui l'avoient accompagnée. Baronius a relevé cette erreur (*ad ann.* 342. n°. 19); et ses corrections ont été suivies par MM. de Tillemont et Hermant, le premier, dans ses savans mémoires, où il explique et éclaircit cette confusion d'une maniere satisfaisante, mais trop longue pour être rapportée ici; l'autre, (Vie de S. Athan., t. I, p. 714, n°. 2) en recherche les causes avec sagacité, et résout le problême par l'autorité même de S. Athanase. Au reste, les manuscrits mêmes, consultés par les Bénédictins, en rétablissant la vérité des faits, ont prouvé que l'erreur venoit uniquement des copistes.

(*Note de l'éditeur.*)

(1) Epist. *Danio*, etc. *cæterisque eorum, qui ex Antiochiâ scripserunt.* Loc. cit. pag. 748, lit. C., et pag. 749, litt. A, B.

Digitized by Google

pourroit dire également ici ce que disoit le pape *S. Jule*, au moment où les évêques Ariens placerent un nommé George, convaincu de péculat sur le siege du même S. Athanase, et le conduisirent à Alexandrie avec tout l'appareil militaire. *George*, écrivoit ce saint pontife, *entra dans l'église, non au milieu des prêtres et des diacres de la ville, mais environné de soldats..... Croyez-moi*, ajoutoit-il, *car je vous parle comme si j'étois devant Dieu, une pareille conduite est contraire à la piété, aux regles, et à l'esprit de l'église* (1).

La nullité de l'élection dudit *Maillieres* emporte avec elle la nullité de tous les actes de la prétendue juridiction qu'il a exercée, dès les premiers momens, contre les supérieurs des séminaires, les curés vertueux, et les prêtres religieux, qu'il a privés de leurs emplois, uniquement pour avoir refusé le serment anti-catholique, qu'on exigeoit d'eux, relativement à la constitution civile du clergé. C'est donc encore le cas de lui appliquer ces paroles du même pape S. Jule : *ce qu'on rapporte*, disoit-il, *de la conduite de George, dès son début, apprend ce qu'on doit penser de son ordination.* Les prêtres..... *ont été indignement traités. Les saints mysteres profanés; on a employé contre plusieurs la*

(1) Réponse à Danius (ou Dianée ou Daniel, selon les divers interpretes) et autres qui lui avoient écrit d'Antioche, dans S. Athanase, tom. I, pag. 748, lettre C, et page 749, lettres A et B.

Digitized by Google

trà religiosos presbyteros, non aliâ de causâ suis officiis exutos, nisi quia jusjurandum edere renuerunt de constitutione prorsùs acatholicâ servandâ. Apositè ad rem nostram denuò *S. Julius* exclamat : *quæ feruntur a Georgio acta in introitu ejus, ostendunt qualis fuerit ordo in ejus ordinatione : presbyteri.... indignè habiti... ; sacra mysteria direpta, ut vi cogerent nonnullos ad constitutionem Georgii approbandam. Hæc, et istiusmodi ostendunt, quinam sint canonum prævaricatores. Nam.... nec cum prævaricatione legis coegisset eos sibi obtemperare, qui ei legitimè obaudiebant* (1).

Quamvis profectò multa et gravia sint crimina per *Malierium* patrata, nihilominùs volentes eidem spatium ac facultatem relinquere colligendi se, suasque culpas publicâ atque oportunâ satisfactione purgandi, nosmet ipsos modò cohibemus a gravioribus canonicis pœnis, eique infligentes pœnam omnium mitissimam, ipsum declaramus *ab ordine sacerdotali suspensum, et irregularitati* etiam obnoxium, si prædictum ordinem audeat exercere.

Præcipimus insuper prædicto *Malierio* sub eâdem *suspensionis* pœnâ, ne audeat deinceps aut se vicarium capitularem vocare, aut ulla

(1) Cit. pag. 749 lit. B.

Digitized by Google

violence, pour les forcer à approuver la constitution que George avoit établie. D'après ces faits, on peut voir quels sont ceux qui enfreignoient l'autorité des canons ; car *.... George n'auroit pas violé les lois pour forcer à l'obéissance, s'il avoit eu le droit de la commander* (1).

Quoique *Maillieres* ait certainement un grand nombre de crimes très-graves à se reprocher, nous voulons cependant lui laisser encore le temps et les moyens de se reconnoître, et de réparer ses fautes par une satisfaction publique et convenable. C'est pourquoi, nous nous abstenons, pour le moment, de prononcer contre lui les peines rigoureuses que les canons nous autoriseroient à lui infliger, et nous contentant de le soumettre à la moins rigoureuse de toutes les peines, nous le déclarons *suspens de toutes fonctions sacerdotales*, et soumis *à l'irrégularité*, s'il ose en exercer aucune.

Nous défendons encore audit *Maillieres*, sous la même peine de *suspense* de prendre par la suite le titre de vicaire-général du

(1) Même vol., pag. 749, lett. B.

Digitized by Google

munia obire, quæ quoquo modo ad hanc pertineant dignitatem, ad quam non ritè, et non canonicè accessit. Præcipuè verò interdictum eidem volumus, ne per ipsum dimissoriæ dentur ad ordines suscipiendos, et ne parochi, vicarii, rectores seminariorum, fonctionarii, aliique ministri ecclesiastici cujusvis generis, licet a populo electi, quovis modo instituantur; declarantes irritas, atque inanes institutiones, ac deputationes omnes, quæ hactenùs factæ fuissent cum omnibus indè secutis, aliosque actus quoslibet, quos facere auderet imposterùm.

Subjicimus quoque eidem pœnæ *suspensionis* ab exercitio ordinis prædictum *Mouvansium* oratorii presbyterum, qui et missam celebravit, dùm pseudo-vicarius *Malierius* possessionem iniret, et per summam temeritatem, vestibus sacerdotalibus, quibus erat indutus, signum municipalitatis adjunxit.

Ad vos autem conversi, dilecti filii, canonici, ecclesiastici, et cives *Avenionenses* universi, vobis in domino præcipimus, ne aut prædictum vicarium capitularem, aut alios ministros quoscumque ullo modo suscipiatis, qui per anfractus et cuniculos in parochias, et in alia ecclesiastica munera subingredi molirentur: e contrà verò vobis præcipimus, ut archiepiscopo primùm, deindèque vestris legitimis parochis, ita, ut decet, pareatis; hi enim semper vestri pastores erunt, tametsi inviti secedere cogerentur; et tametsi horribili sacrilegio alius eligeretur, ac consecraretur

Digitized by Google

chapitre, et de remplir aucune des fonctions attachées à cette dignité, dont il n'a été ni *réguliérement, ni canoniquement* pourvu. Nous lui défendons principalement de donner aucuns dimissoires pour recevoir les ordres, ni aucune institution quelconque aux curés, vicaires, directeurs de séminaire, fonctionnaires et autres ministres de l'église, même élus par le peuple. Déclarant nulles et sans effet les institutions et commissions qu'il a pû donner, et tout ce qui en a été la suite, ainsi que tous les autres actes de quelqu'espece qu'ils soient, qu'il oseroit faire en cette qualité à l'avenir.

Nous *suspendons* également de toutes les fonctions de son ordre le susdit *Mouvans*, prêtre de l'Oratoire, pour avoir célébré la messe, lors de la prise de possession du prétendu vicaire-général *Maillieres*, et pour avoir eu l'audace d'ajouter l'écharpe municipale aux habits sacerdotaux dont il étoit revêtu.

Pour vous, nos chers fils, les chanoines, ecclésiastiques, et citoyens de toutes les classes de la ville d'Avignon, nous vous défendons dans le Seigneur de reconnoître le susdit vicaire-général du chapitre, ainsi que tous autres prêtres, qui tenteroient par toutes sortes de moyens de s'emparer des paroisses et des autres places ecclésiastiques. Nous vous ordonnons, au contraire, de rendre d'abord à votre archevêque, et ensuite à vos curés légitimes, l'obéissance que vous leur devez; car ils ne cesseront pas d'être vos pasteurs, quand ils seroient obligés par la force de s'éloigner,

Digitized by Google

archiepiscopus, aliique parochi instituerentur. Quod quidem sacrilegii genus satis per nos declaratum, ac vindicatum est nostris litteris *ad episcopos Galliarum* datis, et vobis cum communicatis. Erit itaquè onus *archiepiscopi* suas oves regere, et proborum *parochorum* spiritualia subsidia suo populo suppeditare, quo meliori poterunt modo. Mementote, sine canonico ecclesiæ judicio non posse vos, per speciem violentiæ etiam, et necessitatis, ab eo obedientiæ vincula subduci, aut solvi, quo erga archiepiscopum, vestrosque parochos devincti tenemini, veluti die I^a mensis aprilis (*), per celebrem *Sorbonæ universitatem* in conventum extraordinarium collectam, agnitum, et declaratum est.

(*) Sic se habet edit. August. Vindelicor. multò accuratior, non autem *die 25 elapsi mensis februarii*, ut est in gallicis editionibus. Hoc reipsà est sacræ facultatis Parisiensis testimonium, ejusdem videlicet epistola ad reverendissimum archiepiscopum vi e sede suâ deturbatum, quam juvat hîc referre:

REVERENDISSIME IN CHRISTO PATER.

Etsi omnibus ecclesiæ gallicanæ præsulibus, etsi divi Dionisii a sede apostolicâ missi successoribus sincerè ac constanter addicta fuerit sacra facultas Parisiensis, eos tamen potiori affectu, liberiorique obsequio prosecuta est, quos in sinu suo fovit et aluit.

Quali te igitur alacritate complexa est, reverendissime

Digitized by Google

et quand même on auroit élu et consacré, par un horrible sacrilege, un nouvel archevêque, et institué de nouveaux curés. Nous avons assez fait connoître toute l'horreur que nous inspire une pareille profanation, dans nos brefs adressés *aux évêques de France*, que nous vous avons fait communiquer. Le devoir de votre archevêque sera donc de gouverner son troupeau, et celui des *curés fideles* d'administrer aux peuples qui leur sont confiés, tous les secours spirituels, autant qu'il sera en leur pouvoir. Souvenez-vous qu'il ne vous est pas permis, même sous prétexte de violence ou de nécessité, de briser ou de méconnoître les liens de l'obéissance, qui vous attachent à votre archevêque et à vos curés. La célebre faculté de théologie de Paris, assemblée extraordinairement en *Sorbonne*, le 1^er^. du mois d'avril (1) dernier, l'a ainsi expressément reconnu et déclaré.

---

(1) C'est par erreur que quelques éditions portent la date du 23 février. L'édition d'Ausbourg est seule exacte, en fixant cette assemblée au *primâ mensis* d'avril; et le témoignage de la faculté de théologie dont parlé sa sainteté, consiste dans sa lettre à M. l'archevêque de Paris, dont voici la copie:

RÉVÉRENDISSIME PERE EN JÉSUS-CHRIST.

Toujours sincere, et constante dans son attachement aux évêques de l'église gallicane, aux successeurs de saint Denis, envoyé par le siege apostolique, la faculté de théologie n'a pu néanmoins se défendre de sentimens plus vifs et plus affectueux pour les prélats qu'elle a élevés et nourris dans son sein.

Quelle joie n'a-t-elle pas éprouvé, lorsque vous fûtes

Digitized by Google

Atque hoc loco opportunum ducimus tùm archiepiscopum vestrum, tùm alios functionarios *ab accusationibus* vindicare, quibus in *edicto concilii municipalis* injustè onerantur, perindè ac si iisdem nonnisi contrà canonum præscripta Avenione abesse non possent. Tunc enim juxtà canones abesse sine culpâ non potest, neque archiepiscopus, neque alii ministri, qui suo officii munere ecclesiæ coguntur adesse, quando *justis, et rationabilibus cessantibus causis* se confert archiepiscopus *extrà diœcesim*; ibique ultrà tempus permissum commoratur; aliique ecclesiastici ministri ab ecclesiæ, cui addicti sunt, servitio secedunt. At id si accidat, edicti auctores ignorare minimè debent, per *canones* ipsos permissum haud esse *laicis* sententiam *in ecclesiasticos* dicere, et in illos extremâ privationis pœnâ animadver-

---

pater, quandò ad regendam Parisiensem diœcesim ab altissimo vocatus es? Tuorum laborum testis, tuarumque virtutum miratrix, quanto animi sensû tibi gratulata fuit!

Nunc elapsis lætitiæ diebus, tibi a nobis exuli exiguum luctûs ingentis solatium offerre satagit. Tuo perculsa mœrore, suum tibi mœrorem significat.

Avitæ fidei tenax, cathedræ Petri consociata, patrumque doctrinis inhærens, sacra facultas te in legitimum pastorem habet, habebitque semper.

Actum in comitiis generalibus in collegio Sorbonæ habitis die primâ aprilis 1791.

GAYET DE SANSALE, syndicus.

Digitized by Google

Il nous paroît convenable de venger ici votre archevêque et les autres fonctionnaires ecclésiastiques, *des accusations* dont ils ont été injustement chargés *par l'ordonnance du conseil de la municipalité*, qui leur a reproché d'avoir enfreint les lois canoniques, en s'éloignant d'Avignon. D'après l'autorité des canons, un archevêque, ainsi que les bénéficiers obligés par leurs fonctions à la résidence, sont coupables sans doute, lorsque *sans motifs justes et raisonnables*, le premier *s'absente de son diocese*, et en reste éloigné au-delà du temps fixé par les lois, et que les autres cessent par leur retraite de desservir les églises auxquelles ils sont attachés; mais dans ces circonstances elles-mêmes, les auteurs de l'ordonnance ne peuvent pas ignorer que les *canons* défendent *aux laïques* de rendre aucune

---

appellé par le Seigneur au gouvernement du diocese de Paris? Témoin de vos travaux, pleine d'admiration pour vos vertus, avec quel empressement n'a-t-elle pas applaudi à votre élévation?

A présent que la tristesse a succédé à la joie, à présent que des revers lamentables vous ont éloigné de nous, elle se hâte de vous offrir, dans l'excès de l'affliction qui lui est commune avec vous, une foible consolation. Pénétrée de votre douleur, elle vous fait part de la sienne.

Attachée à la foi antique, liée à la chaire de Pierre, ferme dans la tradition des peres, la faculté de théologie ne reconnoît et ne reconnoîtra que vous pour son légitime pasteur.

Fait en l'assemblée générale tenue en Sorbonne, ce premier avril 1791.

Signé, GAYET DE SANSALE, syndic.

Digitized by Google

tere : sed liberum tunc jus et arbitrium *ecclesiæ* relinqui eosdem, per quosdam veluti gradus, variis pœnis afficiendi, aut illos privando beneficiorum reditibus, aut eosdem mulctando spiritualibus pœnis, aut eos denique ipsis beneficiis privando : ita ut si de *metropolitano* absente ageretur, *episcopus antiquior residens sub pœnâ interdicti ingressûs ecclesiæ eo ipso incurrendâ, infrà tres menses per litteras, seu nuntium romano pontifici denuntiare teneatur, qui in ipsos absentes, pro ut cujusque major, aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ sedis auctoritate animadvertere, et ecclesiis ipsis de pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in Domino noverit salubriter expedire ;* ut totidem verbis *in concilio Tridentino* sancitum est (1).

Jam verò notæ cuique sunt maximæ illæ turbæ, isthîc excitatæ, quæ sicuti nobiles cives, ita et ecclesiasticos viros adegerunt, ut patriam, domiciliumque relinquerent ad

(1) Sess. 6 de reform. cap. I et II, et sess. 25, cap. I de ref.

pejerandi

Digitized by Google

sentence contre *les ecclésiastiques*, et surtout de prononcer contr'eux la derniere de toutes les peines, en les privant de leur bénéfice. C'est à l'église qu'il appartient de rendre un jugement en pareil cas; et les canons lui laissent à elle seule le droit de graduer, pour ainsi dire, les peines qu'elle peut infliger, en privant d'abord les coupables de leurs revenus, en y ajoutant ensuite les peines spirituelles, en les dépouillant enfin de leurs bénéfices eux-mêmes, s'ils se montrent incorrigibles. En conséquence, s'il s'agit d'un *métropolitain, le plus ancien des évêques résidens, sous peine de se voir, par le seul fait, interdire l'entrée de l'église, est tenu de dénoncer au bout de trois mois les absens au souverain pontife, ou par lettres, ou par un député. Le pape alors, en vertu de l'autorité suprême attachée à son siege, sévit contre les coupables, ou par des peines ordinaires, ou en nommant pour les églises ainsi délaissées des pasteurs qui leur soient plus utiles, selon que la contumace est plus ou moins grande, et que devant Dieu il le juge lui-même plus convenable.* Telle est, en propres termes, la loi décrétée sur ce point *par le concile de Trente* (1).

Or, personne n'ignore, que les troubles excités à Avignon ont été portés à un tel point, que les nobles et les ecclésiastiques se sont vus forcés d'abondonner leur maison et leur pa-

(1) Sess. 6 de la réforme, chap. I et II, et sess. 23 chap. Ier.

Digitized by Google

pejerandi occàsionem evadendam, aut ad se illis periculis liberandos, quæ alii probi viri miserrimè subierunt; quæ sanè pericula ne ab eorum quidem bonis abesse potuerunt; veluti de archiepiscopali domo, deque aliis archiepiscopi bonis factum est. Eodem accedit, quòd archiepiscopus nunquam extulit pedem e suâ diœcesi : *Villanova* enim ubi ipse commoratus est, et commoratur adhuc, *intrà fines* continetur *diœcesis* ejusdem; ita ut hanc ipsam ob causam dici nequaquàm posset, eum à Tridentinâ sanctione discessisse, utpotè quæ metropolitanos jubet in ecclesiâ archiepiscopali, *vel in diœcesi* residere (1). Ceterùm nobis, ad quos spectat hisce de rebus judicium, certò constat, nihil ardentiùs optare archiepiscopum, quàm isthuc regredi, et ad vos jàm reversurum fuisse, post abito etiam suæ vitæ discrimine, nisi metueret, ne sui sacrificium capitis potiùs quàm utilitati ovibus esset suis, infelicissimis hisce temporibus damno, ac detrimento.

Quæ clero, et populo avenionensi diximus de obedientiâ archiepiscopo, et pastoribus debitâ, ea vobis quoque dicimus, dilecti filii, canonici, ecclesiastici, ac populi aliarum ecclesiarum *Comitatûs*. Arcete vos ab iis, qui in alienas ecclesias invaserint aut invadere adhuc molirentur; illos devitate, illos cum

(1) Cit. Sess. 23, cap. I de ref.

Digitized by Google

trie pour se soustraire au parjure, ou aux dangers certains dont plusieurs citoyens irréprochables ont malheureusement été les victimes; ces dangers menaçoient, non-seulement les personnes, mais encore les biens; et les ravages commis dans la maison, ainsi que dans les autres possessions de l'archevêque, ne permettent pas d'en douter. Cependant l'archevêque n'est même pas sorti de son diocese, car *Villeneuve* où il s'est retiré, et où il est encore, est du diocese d'Avignon. On n'a donc aucun prétexte pour l'accuser d'avoir enfreint la loi du concile de Trente, puisqu'elle porte expressément que les métropolitains demeureront dans leur ville épiscopale *ou dans leur diocese* (1). Au reste, nous à qui seul il appartient de le juger en ce point, nous avons la certitude que son vœu le plus ardent est de revenir à Avignon, et qu'il s'y seroit déja rendu malgré le danger auquel il seroit exposé, s'il n'avoit craint, dans ces déplorables circonstances, que le sacrifice de sa vie, au lieu d'être utile à son troupeau, ne devînt pour lui une nouvelle source de malheurs.

Ce que nous venons de dire au clergé, et au peuple d'Avignon, relativement à l'obéissance qu'ils doivent à leur archevêque et à leurs légitimes pasteurs, ô vous! nos chers fils, les chanoines, les ecclésiastiques et autres habitans du *Comtat*, nous vous le disons également. Eloignez-vous de ces hommes cou-

(1) Sess. 23, chap. I de la réforme.

Digitized by Google

horrore conspicite : vestros autem legitimos episcopos et parochos diligite, eos colite obsequio, illos audite.

Omnes autem avenionenses, et comitatenses simul unâ animorum et voluntatum consensione, ubi de rebus *religiosis* agitur, oculos semper convertite ad leges divinas, ad ecclesiasticas leges, et ad leges hujus apostolicæ sedis. Ecclesia enim, et apostolica sedes spiritu Dei agitur. Id si præstabitis, veluti pietati vestræ confisi equidem speramus futurum, ira Dei in misericordiam convertetur, deque iis triumphum agetis, qui adversùs religionem prælian-tur, quique ea de vobis confiteri cogentur, quæ Judæorum inimici de *Machabœis* jàm prædicabant, Judæos scilicet *Deum protectorem habere, et ob ipsum invulnerabiles esse, eò quòd sequerentur leges ab eo constitutas* (1).

A regimine ecclesiastico ad *civile* regimen nunc transgredientes, non possumus equidem eamdem vobiscum rationem inire, quam cum Gallis inivimus. Ad Gallos enim quod pertinet, datâ operâ, sermonem habere noluimus de novâ lege circà res *civiles* a comitiis ge-

(1) Machab. cit. lib. II, cap. VIII, vers. 36.

Digitized by Google

pables qui ont déja envahi, ou qui se disposent à envahir par la suite, des églises sur lesquelles ils n'ont aucun droit ; fuyez-les, ne les voyez qu'avec horreur. Chérissez au contraire vos évêques et vos curés légitimes, faites-vous un devoir de leur obéir et de les écouter.

de rester sous l'obéissance de l'ordinaire, tout le temps que les supérieurs réguliers ne seront point sur les lieux, et ne pourront exercer leur jurisdiction sur les membres de leurs communautés; mais sans porter atteinte, par la présente dispense, à l'obligation des vœux solemnels de religion.

10°. De présider aux *élections*, de les confirmer, de donner des obédiences, et en général, de remplir dans les communautés de filles, soumises à la direction des réguliers, toutes les fonctions des supérieurs immédiats, dans tous les cas d'absence de leur part, ou d'empêchement ou de négligence à s'en acquitter, en quoi ils procéderont comme *délégués du saint-siege*, sauf le droit dont on sait qu'ils jouissent, suivant les ordonnances canoniques, sur ces maisons ou les personnes qui les composent, en vertu d'un titre quelconque; de même, leur conférons, à titre de délégués du saint-siege, pouvoir d'accorder aux religieux des deux sexes, exempts ou non exempts, tant collectivement qu'individuellement, dispense d'observer telle partie de leurs réglemens ou constitutions, que les circonstances présentes ne leur permettroient pas de remplir, sans de graves inconvéniens.

11°. D'accorder à l'article de la mort, indulgence pléniere, aux termes de la formule prescrite par le pape Benoît XIV, dans sa constitution du 7 avril 1747.

12°. De renouveller et de proroger les indulgences concédées par les souverains pontifes, en faveur des maisons et congrégations

Digitized by Google

prout postulabit rerum, vel temporum necessitas; item *transferendi* omnes, et quascumque indulgentias concessas, et assignatas quovis titulo ecclesiis cathedralibus, aut parochialibus, quas invasere pseudo-pastores, ad illas ecclesias, in quibus catholici conveniunt divinum officium celebraturi.

13°. *Communicandi* prædictas facultates, non tamen illas, quæ requirunt ordinem episcopalem, in totum, vel in parte, prout secundum eorum conscientiam judicaverint, sacerdotibus idoneis, tàm pro omnibus locis, quàm pro aliquibus suarum diœcesium, et ad tempus ipsis benevisum, prout magis in Domino expedire judicaverint; necnon easdem, quatenùs opus fuerit, *revocandi*, sive etiam *moderandi* tàm circà illarum usum, quàm circà loca, et tempus easdem exercendi.

14°. Potestatem *subdelegandi* simplicibus presbyteris facultates, non requirentes ordinem episcopalem, quæ Galliarum archiepiscopis, et episcopis concessæ fuerunt per indultum generale diei 10 mensis maii superioris anni: archiepiscopis verò Parisiensi, et Lugdunensi, atque antiquioribus episcopis cujusque provinciæ regni Galliarum potestatem subdelegandi etiam facultates illas, quæ juxtà resolutiones diei 18 mensis augusti speciatim iisdem concessæ fuerunt die 26 septembris proximè præteriti (1). Hæ autem facultates prorogantur ad tempus hujus indulti.

(1) V. pag. 98 et 116 de ce volume.

Digitized by Google

religieuses, comme l'exigera la nécessité des choses ou des temps, comme aussi de *transporter* toutes et chacune des indulgences accordées sous un titre quelconque à des églises cathédrales ou paroisses, envahies par les faux pasteurs, aux oratoires où les catholiques se rassemblent pour y célébrer l'office divin.

13°. De communiquer à des prêtres, réputés propres, les susdits pouvoirs, (non compris ceux qui exigent l'ordre épiscopal), en tout ou en partie, selon le jugement qu'en portera leur conscience, tant pour toute l'étendue, que pour telle partie de leur diocese, et pour le temps qui leur paroîtra convenable, suivant les dispositions qu'ils croiront les plus utiles à l'œuvre du Seigneur; ainsi que de les *révoquer*, ou même de les *modifier*, en tant que besoin sera, soit pour l'exercice, soit pour le lieu et la durée desdits pouvoirs.

14°. De *subdéléguer* à de simples prêtres, ceux des pouvoirs qui n'exigent point le caractere épiscopal, lesquels ont été accordés aux archevêques et évêques de France, par l'indult général du 10 mai de l'année derniere; donnons aux archevêques de Paris et de Lyon, et aux plus anciens évêques de chaque province du royaume de France, puissance de subdéléguer aussi les pouvoirs, qui, conformément à notre détermination du 18 août, leur ont été spécialement conférés, en date du 25 septembre dernier. Ces pouvoirs sont prorogés jusqu'à l'expiration du terme de cet indult.

Digitized by Google

Omnes verò prædictæ facultates conceduntur *ad annum* ab hâc die incipientem, si tamdiu horum temporum calamitas perduraverit.

Conceduntur prætereà *eâ lege*, ut nullo pacto eis liceat iisdem uti extrà fines suæ diœcesis, neque in locis dominio regis christianissimi non subjectis.

Demùm conceduntur *sub eâ conditione*, ut archiepiscopi, episcopi, ac diœcesium administratores, in exercitio cujuscumque ex commemoratis facultatibus, expressè declarent, illas ab ipsis concedi, *tamquàm a sedis apostolicæ delegatis*: quæ declaratio in ipso actûs tenore inserenda erit.

Venerabili fratri Joanni episcopo Aleriensi

PIUS PAPA VI.

VENERABILIS FRATER, salutem et apostolicam benedictionem.

Ubi communis est error, ibi communes quoque oportet esse monitiones, quas apostolicæ sedis et ecclesiæ charitas præmittendas ducit canonicis pœnis. Per novas litteras, diei 19 elapsi mensis, *dilectis filiis nostris S. R. E. cardinalibus, et ven. fratribus archiepiscopis, et episcopis, atque dilectis filiis capitulis, clero, et populo regni Galliarum* datas, monuimus nos rursùs *generatim* auctores, fau-

Digitized by Google

Tous lesdits pouvoirs sont accordés *pour un an*, à dater de ce jour, si le malheur des temps doit se prolonger jusques-là.

Ils sont accordés, sous la condition qu'il ne sera permis à personne de les exercer ailleurs que dans le ressort de son diocese, et dans l'étendue des pays soumis à l'obéissance du roi très-chrétien.

Enfin, sous la condition également précise que, dans l'exercice de chacun des dits pouvoirs, les archevêques, évêques et administrateurs des dioceses, auront à déclarer expressément qu'ils les tiennent à titre de *délégués du saint-siege*, laquelle déclaration sera insérée dans la teneur même de l'acte.

A notre vénérable frere, Jean, évêque d'Aleria

PIE VI, PAPE.

Salut et bénédiction.

Lorsque l'erreur est devenue générale, l'esprit de charité qui caractérise l'église et le saint-siege apostolique, demande que les peines canoniques soient précédées de monitions aussi générales. Par un nouveau bref, du 19 du mois dernier, à nos chers fils les cardinaux, à nos vénérables freres les archevêques et évêques, et à nos chers fils les chapitres, le clergé et le peuple du royaume de France, nous avons fait,

Digitized by Google

toresque omnes civilis constitutionis cleri illius regni, et *speciatim* episcopos consecrantes, et adsistentes, pseudo-episcopos consecratos et intrusos, eorumque vicarios, episcopos civico jurejurando obstrictos, parochos intrusos, vicarios, aliosque presbyteros ab intrusis episcopis ejusdem regni approbatos, et delegatos, præfixo iis, qui *speciatim* moniti sint, sexaginta dierum spatio pro secundâ, aliorumque sexaginta dierum pro tertiâ monitione.

Dolentes itaquè nos, istiusmodi civilem constitutionem cleri Galliarum invectam fuisse in istam etiam insulam, tibi, ven. frater, tuisque collegis episcopis plurâ mittimus harum litterarum typis romanis editarum exempla, veluti tibi, tuisque item collegis misimus jàm alia exempla priorum nostrarum monitorialium litterarum, diei 13 aprilis superioris, annì 1791, ut quisque vestrûm, quoad ejus fieri poterit, circûmferendas curet secundas has litteras, quemadmodùm de prioribus præstitit, ad capitula, ad parochos, ad clerum, populumque singularum diœcesium, utque nostris suas quoque sollicitudines, et curas adjungat.

Haud ignoramus equidem, ubi primùm nuntiatus est in istam insulam priorum nostrarum litterarum adventus, nihil isthîc violentiæ, aut injuriæ omissum fuisse, quò nostræ paternæ voces in irritum caderent. Haud quoque ignoramus, eò etiam deventum fuisse initio

Digitized by Google

pour la seconde fois, des monitions générales adressées aux auteurs et complices de la constitution civile du clergé de ce royaume, et *spécialement* aux évêques consécrateurs et assistans, aux faux évêques consacrés et intrus, et à leurs vicaires, aux évêques qui ont prêté le serment civique, aux curés intrus, aux vicaires, et à tous les autres prêtres approuvés et délégués par les évêques intrus de ce royaume; et nous avons fixé, pour ceux qui ont été *spécialement* avertis, soixante jours pour la seconde monition, et les soixante jours suivans pour la troisieme.

Nous avons appris avec la plus vive douleur, que l'on avoit aussi fait exécuter dans votre isle cette constitution civile du clergé; c'est pourquoi, vénérable frere, nous vous envoyons, ainsi qu'aux autres évêques, vos collegues, plusieurs exemplaires de ces brefs imprimés à Rome, comme nous avions fait pour les premiers, en date du 13 avril 1791. Nous espérons que chacun de vous s'empressera de faire parvenir ce second bref, de la même maniere que le premier, aux chapitres, aux curés, au clergé et au peuple de vos différens dioceses, et que vous partagerez nos soins et notre sollicitude.

Nous n'ignorons pas qu'aussi-tôt qu'on eut appris dans cette isle l'arrivée de notre premier bref, on mit tout en œuvre, violences et injures, pour empêcher l'effet de nos avertissemens paternels. Nous savons aussi qu'au commencement du mois de mai 1791, con-

Digitized by Google

mensis maii ejusdem anni 1791, ut licet superstites essent omnes insulæ episcopi, electus fuerit, juxtà constitutionem præfatam, in episcopum insulæ universæ *Ignatius-Franciscus Guasco*, civitatis Bastiæ, vir senili jam provectus ætate, multùmque dissimilis a ven. fratre episcopo Marianensi, cujus et aliorum etiam episcoporum vicarias vices gessit longo temporis intervallo.

Neque ignoramus, hujusmodi electum, exeunte mense junio, nefario ausu curasse, ut sibi in civitate Aquensi per intrusum episcopum sacrilegè manus imponerentur, omnibus pessumdatis legibus cùm veteris, tùm novæ ecclesiæ disciplinæ. Neque item ignoramus pastoralem epistolam, quam ipse ad patriam reversus, et ad spirituale insulæ regimen invectus vulgandam curavit, die 10 julii, ejusdemmet anni, quæ nihil præfert, quod sacrum caracterem non deturpet, atque dedecoret, quæque iis non cohæreat fictis ac simulatis zeli, charitatis, et cum hâc sanctâ sede communionis sensibus, quibus intrusi omnes in suis pastoralibus usi sunt; sensibus nimirùm, qui ipsorum factis adversâ fronte pugnant, quorumque falsitatem prioribus, et alteris nostris litteris satis luculenter deteximus.

Temeraris hisce ausibus adjunxit intrusus electionem vicariorum, destinationem alicujus confessarii, et concionatoris; dispensationes matrimoniales concessit, aliosque actus peregit, qui ex defectu jurisdictionis irriti declarati jàm erant memoratis nostris litteris, diei 13 aprilis. Nec tantorum criminum cumulo

Digitized by Google

formément à ladite constitution, et quoique tous les évêques de l'isle fussent encore vivans, on a élu pour évêque de l'isle entiere, Ignace-François Guasco, natif de Bastia, homme avancé en âge, et professant des sentimens bien différens de ceux de notre vénérable frere l'évêque de Mariana, dont il étoit alors vicaire, comme il l'avoit été depuis longtemps des autres évêques.

Nous savons qu'après son élection, il a eu la sacrilege audace de se rendre vers la fin de juin dans la ville d'Aix, pour y recevoir l'imposition des mains d'un évêque intrus, violant ainsi toutes les lois de l'église et sa discipline, tant ancienne que moderne. Nous savons encore, qu'étant de retour dans sa patrie, et s'étant emparé du gouvernement spirituel de l'isle, il publia, le 10 juillet suivant, une lettre pastorale, dont toutes les parties déshonorent le caractere sacré d'un évêque, et sont remplies de ces démonstrations feintes et simulées de zele, de charité et de communion avec le saint-siege, dont tous les intrus ont fait parade dans leurs lettres pastorales; démonstrations cependant démenties par leurs actions, et dont nous avons fait voir la fausseté dans tous nos brefs.

Après de si criminelles entreprises, cet intrus a encore choisi ses vicaires, nommé un pénitencier et un théologal; il a accordé des dispenses de mariage, et fait d'autres actes qui, à raison du défaut de jurisdiction, avoient été d'avance déclarés nuls par notre bref du 13 avril. Loin d'être effrayé à la vue de tant

Digitized by Google

mulo perterrefactus dubitavit nefariam etiam ordinationem facere, elapso mense decembri, necnon confirmationis sacramentum ministrare, quamvis minimè ipsum lateret, se juxtà canones, et earumdem nostrarum litterarum vi, *suspensum* omninò *esse ab exercitio ordinis episcopalis.*

At si adeò miserè erravit intrusus unà cum asseclis, et fautoribus suis, illud sanè non levi afficit nos consolatione, quòd primas nostras monitiones multæ retractationes exceperint, præsertim in provinciâ Balagnæ, quòdque boni magno item numero ita in suâ constantiâ perstiterint, ut multi ex utroque clero ecclesiastici, et multi etiam sæculares invicto animo gravissimas injurias pertulerint, et carceres etiam alii per plures dies, alii per quatuor menses tolerarint.

Gloriosum item constantiæ suæ monumentum quinque egregii episcopi ediderunt, quorum alter perstat adhuc in insulâ, firmiter perseverans in novitatum detestatione, et quorum alii quatuor a suis dicesserunt diœcesibus, et ab eâdem insulâ per violentiam adacti, veluti factum est de venerabilibus fratribus Marianensi, et Nebbiensi episcopis. Nam horum primus, nullâ interjectâ morâ, est ad discedendum coactus; alter verò, postquàm septemdecim dierum spatio, adstantibus continuò militibus, fuerat domi detentus; cæteri autem non aliâ ex causâ discesserunt, nisi quia ma-

Digitized by Google

de crimes, il a encore eu l'audace, au mois de décembre dernier, de faire une ordination criminelle, et d'administrer le sacrement de confirmation, quoiqu'il n'ignorât pas, qu'en vertu de notre bref et des saints canons, il étoit suspens de l'exercice des fonctions de l'ordre épiscopal.

Cependant, tandis que cet intrus, ainsi que ses complices et ses partisans, étoient les malheureuses victimes de l'erreur, nous avons reçu de grands sujets de consolation, en apprenant que nos premieres monitions avoient été suivies d'une foule de rétractations, sur-tout dans la province de Balagna; et que le grand nombre de ceux qui n'avoient pas succombé, avoit été tellement affermi dans ses bonnes résolutions, que beaucoup de fideles, tant parmi les ecclésiastiques des deux ordres, que parmi les laïques mêmes, ont souffert avec un courage héroïque les affronts les plus sanglans et même la prison; les uns pendant plusieurs jours, d'autres pendant quatre mois entiers.

Les cinq évêques ont aussi donné des preuves éclatantes de leur constante fermeté : l'un d'eux, est toujours resté dans l'isle, où il condamne et improuve fortement toutes ces nouveautés; les autres n'en sont sortis, qu'en cédant à la violence, comme il est arrivé à nos vénérables freres les évêques de Nebbio et de Mariana; car celui-ci fut contraint de s'éloigner dans le plus court délai, et l'autre après avoir été dix-sept jours dans sa maison épiscopale environné de soldats. Leurs collegues ne sont partis que par crainte pour leur troupeau, au-

Digitized by Google

jores ærumnas, et mala gregibus suis timuerunt, quemadmodùm reapsè timuisse constat venerabilem fratrem Adjacensem episcopum, et te, qui, sub finem præteriti anni, non destitisti tuas adversùs civilem cleri constitutionem protestationes emittere. Omnes autem quotquot sunt, sive præsentes, sive absentes episcopi in id sedulò incumbunt, ut eo, quo possunt, modo gregi suo auxilium, opemque ferant, ita ut et boni pastores, et bonus grex digni pariter sint, qui summis laudibus afficiantur.

Hæ itaquè novæ litteræ, quas modò ad vos damus, incitamento erunt utrisque, ut singuli in proposito perstent; simulque patefaciant iis omnibus, qui erraverunt, et præsertim intruso, ejusque vicariis, et cæteris presbyteris ab ipso approbatis, et delegatis, suorum criminum horrorem, nullitatem actorum, et ultimæ pœnæ gravitatem, quæ contrà ipsos certè declarabitur, si paternâ clementiâ nostrâ pergent abuti.

Quoniam verò ecclesiasticorum, populique istius insulæ conditio æqualis omninò esse debet ecclesiasticorum, populorumque Galliarum conditioni, ita concedere declaramus ven. fratribus episcopis Corsicæ, pro singulis suis diœcesibus, easdem illas *facultates*, quas concessimus jàm archiepiscopis, et episcopis regni Galliarum; et hanc ipsam ob causam hisce adjungimus plura *facultatum* exempla (*),

(*) Vid. supr., p. 272.

Digitized by Google

quel ils prévoyoient que leur présence deviendroit plus dangereuse, comme il paroît par l'exemple de notre vénérable frere l'évêque d'Ajaccio ; crainte dont vous avez aussi donné des marques certaines ; vous, jusqu'à la fin de l'année derniere, n'avez cessé de faire des protestations contre la constitution civile du clergé. Mais tous ces évêques, soit présens, soit absens, prennent tous les moyens possibles pour procurer les secours spirituels à leurs brebis ; de sorte que ces zélés pasteurs, et la saine partie de leur troupeau, méritent les plus grands éloges.

Aussi ce nouveau bref que nous vous envoyons, ne servira qu'à rendre plus constantes les bonnes résolutions des uns et des autres, et puisse-t-il en même-temps faire ouvrir les yeux à ceux qui sont dans l'erreur, et surtout à l'intrus, à ses vicaires, et aux autres prêtres approuvés et délégués par lui, en leur découvrant l'énormité de leurs crimes, la nullité des actes qu'ils ont faits, et la rigueur des peines que nous ne manquerons pas de leur infliger, s'ils continuent d'abuser de notre douceur vraiment paternelle.

Mais la condition des ecclésiastiques et des fideles de cette isle devant être la même que celle du clergé et du peuple de France, nous avons accordé à nos vénérables freres les évêques de Corse, les mêmes privileges dont nous avons déja fait jouir les archevêques et évêques du royaume de France. C'est pourquoi nous ajoutons de plus amples pouvoirs, pour que vous puissiez administrer plus promptement

Digitized by Google

quibus unusquisque vestrûm uti poterit ad celerius occurrendum spirituali populorum bono in tali, ac tantâ rerum calamitate, quam Deus optimus maximus quàm citissimè avertat, veluti ipsius misericordiâ freti speramus futurum; dùm intereà tibi, venerabilis frater, gregique tuæ curæ concredito apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, die IV aprilis MDCCXCII, pontificatûs nostri, anno XVIII.

BENEDICTUS STAY.

Eodem exemplo, mutatis mutandis, episcopis Adjacensi, Sagonensi, Nebbiensi, Marianensi.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Avenionensi, et episcopis Carpentoractensi, Caballicensi, et Vasionensi, ac dilectis filiis capitulo, clero, et populo civitatis Avenionensis et Venaisini comitatûs, nostræ ditionis

PIUS PAPA VI (*).

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII, salutem et apostolicam benedictionem.

Dùm nos iterùm hasce vobis apostolicas litteras damus, uti pastor universalis ac princeps vester, non aliam sanè opportunam magis,

---

(*) Fertur in suscriptionis hujus fronte apud ed. Aug. Vindel. parte II, p. 47: novæ litteræ commonitoriæ ad clerum et populum Avenionis et comitatûs Venaisini ecclesiasticæ ditionis. (*Nota editoris.*)

Digitized by Google

les secours spirituels dont les peuples ont besoin, dans ces temps de calamité, que nous prions le Tout-Puissant d'abréger, et nous l'espérons de sa miséricorde. Cependant, notre très-vénérable frere, nous accordons avec l'affection la plus tendre notre bénédiction apostolique, à vous et au troupeau confié à votre sollicitude pastorale.

Donné à Rome, à St.-Pierre, sous l'anneau du pêcheur, le 4 du mois d'avril, l'an de Notre Seigneur 1792, et de notre pontificat, le dix-huitieme.

BENOÎT STAY.

Ce bref, après y avoir fait les changemens nécessaires, sera aussi envoyé aux évêques d'Ajaccio, de Sagone, de Nebbio et de Mariana.

A nos vénérables freres l'archevêque d'Avignon, les évêques de Carpentras, de Cavaillon et de Vaison, et à nos fils bien-aimés les chapitres, clergé et peuple de la ville d'Avignon et du comtat Vénaissin soumis à notre obéissance.

PIE VI, PAPE (*).

VÉNÉRABLES FRERES, fils bien-aimés, salut et bénédiction apostolique.

En vous écrivant encore comme pasteur universel et comme votre souverain, il est convenable, il est de notre devoir d'approuver ceux que

(*) On lit en tête de ce bref dans l'édition d'Ausbourg: nouveau bref monitorial au clergé et au peuple d'Avignon et du comtat Vénaissin, en nos états.

(*Note de l'éditeur.*)

Digitized by Google

magisque tutam arbitramur rationem inire non posse, quàm si commendatione eos prosequamur, quos fideles Deo ac principi suo incusat, et damnat præsens nationalis conventus gallicanus, et contrà si rursùs eos moneamus, atque ad pœnitentiam excitemus quos Deo suoque principi rebelles, non sine incredibili gentium omnium admiratione, summis laudibus conventus ipse gallicanus extollit.

Deus, a quo nostræ, et populorum culpæ per tribulationes animadvertuntur, sed nullus unquàm deseritur illorum qui ipsius præcipuè causam tuentur, non levi sanè nos consolatione lenivit. Divinâ enim ope factum est, ut priores nostræ commonitoriæ litteræ, quas non per vim, aut per aliud sæculi hujus munimen, quo mundi potestates utuntur, sed in *nomine Domini Dei nostri* ad vos dedimus, 23 aprilis superioris anni 1791, quasque vos, venerabiles fratres, ducti non absimili spiritu mansuetudinis evulgandas curastis, habuerint penès capitula, parochos, clerum, magistratus, et populos, et apud multos etiam gallicæ constitutionis fautores vim talem ac tantam, ut ad totum usque februarium mensem hujus anni irriti ferè omnes evaserint adversantium nefarii conatus pluries adhibiti, et per decretum diei 14 septembris elapsi anni denuò instaurati, quo nationalis conventus frustrà obnitente, et reluctante magnâ et saniori ejus parte, e medio sublatis aliis quatuor specialibus decretis anteà abs se editis, deletoque item atque everso alio generali decreto, jàm in antecessum lato de nullis unquàm alienis

Digitized by Google

l'assemblée actuelle de France accuse et condamne, parce qu'ils sont restés fideles à Dieu et à leur prince, et d'avertir, au contraire, d'exciter au repentir ceux, qu'au grand étonnement de toutes les nations, elle célebre et comble d'éloges, précisément parce qu'ils se sont révoltés contre Dieu et leur prince légitime.

Par les tribulations Dieu punit nos péchés et les péchés des peuples; mais il n'abandonne aucun de ceux qui principalement défendent sa cause, et il ne nous a pas laissé sans consolations. Ni la violence, ni telles autres mesures qu'adoptent les puissances du siecle n'appuyoient les premieres lettres monitoriales que nous vous adressâmes, le 23 avril 1791. Elles n'étoient écrites qu'*au nom du Seigneur notre Dieu.* Animés du même esprit de douceur et de mansuétude, vous avez eu soin de les publier, vénérables freres, et c'est par le secours divin, qu'auprès des chapitres, des curés, des magistrats, auprès du peuple et parmi un grand nombre des partisans de la constitution française, elles ont eu tant d'efficace, que, jusqu'au mois de février de cette année, les coupables efforts de nos ennemis ont été presque tous inutiles. On les avoit cependant renouvellés plusieurs fois ces efforts sacrileges, et notamment par le décret du 14 septemb. de l'année derniere, lorsque sans égard aux réclamations de la majorité et de la plus saine partie, l'assemblée nationale, révoquant quatre décrets antérieurs et particu-

Digitized by Google

ditionibus occupandis, et cunctis deniquè pessumdatis humanis legibus, atque divinis, cum indignatione omnium Europæ principum, ausus est violentas manus injicere in nostram Avenionensem et comitatûs Venaisini ditionem, eamque regno Galliarum adjungere.

Ad optimum exitum comprobandum, quem nostræ priores hortationes adversùs tàm indigna molimina consequutæ sunt, possemus equidem nos distinctâ oratione prosequi egregias res gestas, quibus vos, ven. fratres, ac dilecti filii, religionem vestram imprimis, quæ nobis maximè curæ est, deindèque vestram etiam in nos fidelitatem ornastis, admirabili constantiâ tolerantes alii bonorum fortunarumque amissionem, alii exilium, alii injurias atque insectationes, alii carcerem, et alii deniquè internecionem et mortem ipsam. Ex quo factum est, ut Benedictum Franciscum Malierium Pseudovicarium capitularem Avenionensis ecclesiæ, quem nos jàm ab ordinis exercitio suspendimus prioribus nostris litteris (*), pauci admodùm secuti sint ecclesiastici et laici, non longè ipsius moribus et ingenio dissimiles, et patratorum criminum gravitate satis noti; quibus ille uti debuit tùm in peragendis ecclesiæ muniis, veluti apertè colligitur ex edicto in vulgum edito die 10 junii 1791, quo indicta fuit ab ipso supplicatio festi corporis Domini, tùm in quibusdam pseudoparochis delegandis quos agnoscere maxima populi pars

(*) Vid. supr. ad pag. 56, hujusce voluminis.

Digitized by Google

liers, cassant, annullant le décret général de renoncer aux conquêtes, violant et toutes les lois humaines et toutes les lois divines, osa, aux yeux des souverains et de l'Europe indignés, envahir et réunir au royaume de France notre ville d'Avignon et comtat Vénaissin.

Pour faire connoître quel succès ont eu nos premieres exhortations contre ces menées et ces pratiques infâmes, nous pourrions, vénérables freres et fils bien-aimés, exposer ici tout ce que vous avez fait d'abord pour la religion, ce qui nous touche spécialement, et pour la fidélité qui nous est due, avec une constance admirable : les uns ont souffert la perte des biens et de la fortune, les autres l'exil et les proscriptions; ceux-ci les injures et les outrages, ceux-là les prisons, les supplices et la mort. Aussi n'y a-t-il eu qu'un très-petit nombre d'ecclésiastiques et de laïques qui aient suivi François-Benoît Maillieres, prétendu vicaire du chapitre et de l'église d'Avignon, que par nos dernieres lettres nous avons interdit et déclaré suspens. Ces gens-là lui ressembloient par l'esprit, par les mœurs, et plusieurs sont connus par leurs crimes. Il a fallu qu'il les employât, soit pour les cérémonies de l'église, comme on le voit par l'acte publié le 10 juin 1791, et relatif à la procession de la Fête-Dieu, soit pour déléguer de faux pasteurs que la majeure partie du peuple n'a pas voulu reconnoître, et qui ont été repoussés publiquement et avec horreur, et couverts de honte et de mépris, ainsi que celui qui les envoyoit.

Digitized by Google

religiosè ac publicè recusavit, spretis, et horrori habitis tàm delegante, quàm delegatis.

Alia multa religionis, ac fidelitatis vestræ argumenta facilè nobis esset in medium afferre, ad vestrum gloriæ et honoris incrementum; sed consultò ab iis commemorandis abstinemus, cùm eadem in unum collegerint homines minimè suspecti; (illi scilicet, quos vocant, LES COMITÉS DE PÉTITION ET DE SURVEILLANCE, in relatione per eos factâ ad conventum gallicanum, in sessione diei 11 februarii proximè elapsi, de rerum avenionensium, et comitatûs venaisini statu. Quæ idem relatio cum typis edita sit, et longè latèque vulgata, ignorat nemo, spiritum publicum mutatum adeò esse Avenione, multòque magis Carpentoracti, et in aliis comitatûs locis, ut pauci essent, et palàm contemnerentur ii, qui constitutionem gallicanam propugnabant, quosque gallici relatores tot, tantisque laudibus cumulant: contrà adeò ingentem esse eorum numerum quos ipsi seditiosos, ac seductores appellant, eorum scilicet, qui inter ecclesiasticos, inter magistratus, et inter laicos religione ergà Deum, et fide ergà principem suum enitebant, ut proximus esset, ut evitari omninò non posset rerum regressus ad eum statum, in quo erant ante defectionem. Gaudete atque exultate, ven. fratres, qui tùm zelo, tùm pietate, tùm charitate excelluistis, tuque præsertim Carpentoractensis episcope, qui, ob egregia tua merita, majorem tibi laudem vindicasti; et vos unà simul gaudete, dilecti filii, qui vestris legitimis adjuncti pastoribus exi-

Digitized by Google

Il nous seroit facile d'apporter beaucoup d'autres preuves de votre religion et de votre fidélité; elles vous honorent toutes et vous couvrent de gloire, mais nous les omettons à dessein; et pourquoi les citerions-nous? Des hommes non suspects, membres des comités de pétition et de surveillance, ont pris soin de les recueillir. On les trouve dans le rapport que, le 11 février dernier, ils ont fait à l'assemblée française sur les affaires d'Avignon et du comtat Vénaissin. Ce rapport est imprimé et répandu, et personne n'ignore combien l'esprit public est changé à Avignon, sur-tout à Carpentras et autres lieux du Comtat. Quelques particuliers que l'on y méprise hautement, et que les rapporteurs comblent d'éloges, y veulent maintenir la constitution; tandis qu'un nombre immense d'ecclésiastiques, de magistrats, de laïques, que les rapporteurs appellent des séducteurs et des séditieux, rejettent cette même constitution française, et brillent également par leur religion envers Dieu, et leur fidélité envers leur souverain légitime; tellement que le retour de l'ordre paroît prochain et inévitable, et que toutes choses doivent être rétablies comme elles étoient avant la rebellion. Réjouissez-vous donc, et livrez-vous aux transports d'une sainte allégresse, vénérables freres, qui vous êtes distingués par votre ferveur, votre zele et votre charité; réjouissez-vous nommément, ô vous, évêque de Carpentras, qui, par de grandes actions, avez

Digitized by Google

mia pietatis vestræ argumenta edidistis; gaudete omnes, inquimus, eas propter injurias quæ vobis in hujusmodi relatione inferuntur, et quæ in vestrum convertuntur honorem et decus, atque illud cum S. Augustino mementote, quod *etiam Dominus J. C. appellatus* fuit *seductor ad solatium suorum, quando dicuntur seductores.* Sup. psalm. LXIII, v. 7.

Si itaquè hujusmodi est status Avenionis, et comitatûs Venaisini, ad mensem usque februarium proximè elapsum, jure ac meritò in certam spem adducimur fore, ut pauci etiam qui in errore, et in infidelitate perstiterunt, resipiscant, et multorum partes sequantur. Sed dissimulare nequaquàm possumus novum criminis genus, quod a conventu nationali patratum est decreto diei 3 superioris mensis martii. Hoc enim decreto jus sibi arrogavit dividendi nostras Avenionis et comitatûs Venaisini ditiones in duos districtus, easdemque subjicere duplici Rhodani, ac Drumæ partitioni, quam Galli dicunt *departement*, unâque operâ edicere, ut leges omnes gallici imperii nullâ interjectâ morâ in hujusmodi etiam nostrâ ditione executioni mandentur, utque singulæ municipalitates renoventur. Novis præterea latis subindè decretis revocari jussit militum aciem (*de la Marche*), eique subrogari alios milites; quinimò ipsis Parisiorum populis horrentibus, atque admirantibus, eò etiam devenit, ut jusserit carceribus liberari ea mons-

Digitized by Google

acquis une grande gloire ; réjouissez-vous aussi, fils bien-aimés, qui, unis à vos vrais pasteurs, avez donné tant de marques de votre piété : nous le répétons, réjouissez-vous, les injures que l'on vous prodigue dans un rapport de cette nature ne peuvent que vous honorer et augmenter votre éclat ; n'oubliez point cette maxime de saint Augustin : *c'est pour consoler ceux de ses disciples que l'on appelleroit séducteurs, que Jésus-Christ lui-même fut appellé séducteur.*

Si tel étoit au mois de février dernier l'état des choses dans Avignon et le comtat Vénaissin, nous avons bien lieu d'espérer que le peu de personnes qui restent dans l'erreur et la révolte, se convertiront et suivront le grand nombre. Nous ne pouvons dissimuler cependant le nouvel attentat que s'est permis l'assemblée nationale : elle s'est arrogé, par son décret du 3 mars, le droit de diviser en deux districts nos états d'Avignon et du comtat Vénaissin, et de les soumettre à ce que les Français appellent les départemens du Rhône et de la Drôme : elle ordonne que sans délai on exécute dans nos états les lois de l'empire Français, et que l'on y renouvelle les municipalités : par d'autres décrets, elle fait rappeller le régiment de la Marche, et substitue d'autres soldats. Ce n'est pas tout, elle va plus loin, et le peuple de Paris en est frappé d'étonnement et d'horreur ; elle ordonne l'élargissement, et brise les fers de ceux qui, le 16 octobre dernier, se sont souillés des plus noirs forfaits ; et la raison qu'elle en allegue, c'est

Digitized by Google

tra, quæ die 16 octobris elapsi anni tàm indigno tàmque pervulgato facinore se polluerunt : et non aliâ ratione id jusserit, nisi quia in magnis rerum conversionibus haberi pro delictis nequeant graviora scelera, quæ gentes barbaræ atque incultæ detestantur, et exhorrescunt.

Hujusmodi autem est furor, quo æstuant atque abripiuntur inimici, ut nos immenso animi nostri dolore jàm videamus obnoxios vos, venerabiles fratres ac dilecti filii, omnibus illis insectationibus, quæ ab impietate, a schismate et ab hæresi excogitari unquàm potuerunt, ita ut jàm nostris obversetur oculis, tanquàm proximum momentum illud, quo novum crudelius periculum fiat de vestrâ religione ac fide. Jàm ad nos rumor aliquis delatus est de novâ hujusmodi insectatione, non contrà homines modò, sed, quod sinè animi horrore audiri non potest, quodque nefaria insectantium ingenia patefacit, adversùs etiam sacras imagines. Quo in rerum discrimine opus maximè est, ut nostræ voces ad vos deferantur.

Ad religionem quod pertinet, vos minimè latet, nequaquàm sufficere, ut injuriæ per aliquod dumtaxàt tempus invicto ferantur animo, sed opus esse in eâdem constantiâ ad finem usque perseverare, et se, suumque caput, si ita res postulet, devovere ; non enim qui incœperit, sed *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Matth. cap. X, v. 22.

Ea, quam hactenùs præ vobis constantiam tulistis, sperare nos jubet fore, ut æquè constantes

Digitized by Google

que dans les révolutions on ne peut pas regarder comme graves des crimes qui feroient frémir les nations les moins policées et les plus barbares.

Nous savons quelle fureur agite et transporte nos ennemis ; et c'est avec une tristesse profonde, vénérables freres, fils bien-aimés, que nous vous voyons exposés à tous les genres de persécution qu'ont pu jamais imaginer l'impiété, le schisme et l'hérésie. Nous voyons le moment, le moment prochain où l'on mettra votre religion et votre fidélité à des épreuves plus cruelles que les précédentes; on l'a déja annoncé, le bruit nous en est parvenu; on ne sévira pas seulement contre les hommes, mais ce qui fait horreur à entendre, ce qui manifeste les noirs desseins des persécuteurs, on sévira même contre les images sacrées. Ah ! c'est sur-tout dans de pareilles circonstances que nous devons vous faire entendre notre voix !

Quant à la religion, vous savez bien qu'il ne suffit pas de souffrir avec fermeté pendant quelque temps les outrages et les injures ; cette fermeté doit être invincible, et chacun, s'il le faut, doit présenter sa tête, et s'immoler pour la foi : car ce n'est pas celui qui aura commencé, c'est *celui qui aura persévéré jusqu'à la fin qui sera sauvé.* Le courage que vous avez déployé jusqu'ici ne nous permet pas de douter que vous ne restiez fermes,

Digitized by Google

tantes futuri sitis imposterùm adversùs quodcumque sive fortunarum, sive vitæ etiam discrimen, quòd nobiscum licet absentibus erit sanè commune, quippè qui vestras ærumnas uti nostras habebimus.

Ut autem boni magis in suo proposito confirmentur, et ut malis novum benignitatis nostræ spatium concedatur ad resipiscendum, sicuti nos ad populos nostræ ditionis Avenionensis, et comitatûs Venaisini extendendas duximus priores commonitorias litteras diei 13 aprilis anni 1791, a nobis datas dilectis filiis nostris, S. R. E. cardinalibus et venerandis fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis capitulis, clero et populo regni Galliarum, ita nunc extendimus ad eosdem populos novas litteras commonitorias diei 19 præteriti mensis martii, ad eosdem missas archiepiscopos, episcopos, capitula, clerum, et populum Galliarum, præfigentes spatium sexaginta dierum a die hisce adscriptâ litteris numerandorum pro secundâ, aliorumque sexaginta dierum pro tertiâ monitione, idquè præsertim Benedicto Francisco Malierio, pseudovicario capitulari Avenionensis ecclesiæ, parochis, vicariis, aliisque presbyteris, qui a legitimis pastoribus non delegati regimen spirituale invasissent, et aliis ecclesiasticis quibuscumque, qui illud deinceps invaderent etiam in vim tentatæ divisionis ditionum nostrarum, juxtà diversas classes distinctè, et luculenter expressas in novis nostris litteris, quarum vobis, venerabiles fratres, complura exempla mittimus, ut ea hisce litteris juncta, quan-

Digitized by Google

malgré les périls qui menaceront votre fortune et votre vie; et quoiqu'absent, nous les partagerons avec vous; vos peines seront les nôtres.

Voulant toutefois confirmer les justes dans leurs résolutions saintes, et par indulgence accorder aux pécheurs plus de temps pour se convertir, comme nous avons étendu à nos sujets d'Avignon et du comtat Vénaissin, les premieres lettres monitoriales que le 13 avril 1791 nous adressâmes à nos chers fils les cardinaux de la sainte église romaine, à nos vénérables freres les archevêques et évêques, à nos fils bien-aimés les chapitres, clergé et peuple du royaume de France, nous étendons de même au peuple d'Avignon et du Comtat les nouvelles lettres monitoriales que le 19 mars dernier nous avons envoyées aux mêmes archevêques, évêques, chapitres, clergé et peuple de France, fixant pour seconde monition soixante jours, à compter de la date des susdites lettres, et pour la troisieme monition soixante autres jours, terme fixé nommément à Benoît-François Maillieres, faux-vicaire du chapitre et de l'église d'Avignon, aux curés, vicaires et autres prêtres qui, non envoyés par les pasteurs légitimes, auroient envahi le gouvernement spirituel; et aux ecclésiastiques quels qu'ils soient, qu'ils investiroient par la suite, même en vertu de la prétendue division de nos états, ainsi qu'il est distinctement et clairement expliqué dans nos lettres. Nous vous en envoyons des exemplaires, afin qu'autant qu'il vous sera

Digitized by Google

tùm in vobis erit, circumferantur ad capitula, ad clerum, et ad populum Avenionensem et Comitatensem, dùm intereà nobis curæ erit, ut eædem non in istas modò, sed in proximas etiam regiones ubiquè vulgentur, ita ut nemo illas ignoret.

Quemadmodùm verò nos intuentes ærumnosum Galliarum rerum statum, per alias litteras ejusdem diei 19 martii, concessimus archiepiscopis et episcopis, ac diœcesium administratoribus regni Galliarum peculiares facultates, quibus citò possent spirituali populorum bono consulere; ita cùm minùs ærumnosus non sit status rerum Avenionensium, et Venaisini Comitatûs, ad vos etiam extendimus, venerabiles fratres, easdem facultates, cum iisdem conditionibus comprehensis in indulto, cujus nonnulla exempla hisce alligata litteris invenietis.

Hæ sunt providentiæ, quæ ad sartam tectamque tuendam religionem valent, et ad expeditiores reddendas rationes ac vias. Ad fidelitatem verò quod spectat, nobis uti legitimo principi debitam, haud ignoratis, venerabiles fratres, ac dilecti filii, veluti magnâ in parte res a vobis gestæ demonstrant, quàm arcto vinculo obstricti teneamini ad illam servandam, cum divino præcepto quisque jubeatur *legitimis obedire potestatibus* (Paul. ad Rom. cap. XIII, v. I, et ad Hæb. cap. XIII, v. 17.); cùmque id postulet jusjurandum ipsum, quod vos, non secùs atque majores vestri, apostolicæ huic sedi præstitistis, ita ut debeant boni simùl ac mali, quoad ipsorum fieri poterit,

Digitized by Google

possible, vous les fassiez, vénérables freres, parvenir avec ces présentes, aux chapitres, clergé et peuple d'Avignon et du Comtat, et nous aurons soin de les faire publier dans les contrées voisines, pour que personne n'en ignore.

Vu l'état déplorable de la France, nous avons, par lettres du 19 mars, accordé aux archevêques et évêques, et aux administrateurs des dioceses des pouvoirs particuliers, dont l'effet est de donner au bien une marche plus rapide: nous vous les accordons aussi, vénérables freres, car l'état actuel d'Avignon et du comtat Vénaissin n'est pas moins déplorable que celui de la France; nous vous les accordons sous les mêmes conditions exprimées dans l'indult dont vous recevrez avec ces lettres, plusieurs copies.

Ce sont là les précautions qu'il nous a paru utile de prendre pour le maintien de la religion et la prompte expédition des affaires. Quant à la fidélité qui nous est due, comme souverain légitime, vous n'ignorez point, vénérables freres et fils bien-aimés, et vous l'avez prouvé par votre conduite; vous n'ignorez point combien vous êtes obligés de nous rester fideles. C'est ce qu'exige le précepte divin, qui veut que chacun obéisse aux puissances légitimes. C'est ce qu'exige le serment qu'à l'exemple de vos ancêtres vous avez prêté au siege apostolique. Que les bons se maintiennent dans leur fidélité, que les méchans nous rendent l'obéissance qu'ils nous doivent, et

Digitized by Google

nihil omittere earum rerum quæ primos in quâ sunt fidelitate continere, quæque secundos ad obedientiam possint reducere, a quâ recesserunt, idque ut a necessitate nos liberent in usum vocandi fortiora remedia, et manus meritis pœnis adhibendi.

Egimus nos cum ipsis rebellibus non secùs atque filiis, et in ipso perduellionis æstu dedimus nos conspicua utrisque subsidia. Scimus antiquum regimen hujus sanctæ sedis ab omni vectigali liberum atque immune invidiam excitasse omnium populorum, et sæpiùs declaravimus, si qui, nobis insciis, isthuc irrepsissent abusus, eos illicò per nos ablatum et emendatum iri; cùm nequeant populorum arbitrio imperia everti, novæque regiminis formæ temerè induci. Hinc nihil per nos quod fieri posset, fuit prætermissum, ita ut sperare possimus futurum, ut rebelles ipsi, ubi fanatismi æstus aliquantulùm deferbuerit, agnoscere debeant horrorem suorum criminum, onus novorum vectigalium ac servitutum, totque aliorum grávium malorum, quibus hactenùs caruerunt, quibusque sub specie simulatæ et commentitiæ libertatis erunt certò certiùs obnoxii, non sine excidio ipsorum patriæ, nisi citò a perduellione recedant, ad quam duos jàm annos per inobedientiam, per corruptionem, et per omne violentiæ genus rapti sunt.

Nos itaque in eâ conquiescentes, quam vobiscum huc usque servavimus, paternè agendi ratione, et in perspicuâ nostræ causæ justitiâ,

Digitized by Google

abjurent la révolte ; qu'ils ne nous mettent point dans la dure nécessité de prendre des moyens plus violens, et de leur infliger les châtimens qu'ils méritent.

Nous avons traité les rebelles comme nos propres enfans. Dans la fureur de la révolte, les uns et les autres ont senti nos bienfaits. Nous savons que libre de tout impôt, l'ancien gouvernement du saint-siege excitoit l'envie de tous les peuples, et nous avons déclaré plusieurs fois, que si, à notre insu, il s'y étoit glissé quelques abus, nous étions prêts à y remédier par nous-mêmes; car il n'appartient point aux peuples de renverser arbitrairement les empires, ni d'introduire une nouvelle forme d'administration. Nous n'avons donc rien omis de ce qui étoit en notre pouvoir, et nous pouvons espérer que l'ardeur du fanatisme rallentie, les rebelles connoîtront enfin, et l'atrocité de leurs crimes, et le poids énorme des impôts, des servitudes, et de tant d'autres malheurs qu'ils n'avoient point éprouvés jusqu'ici, mais qui sont une suite inévitable de cette liberté mensongere qu'on leur promet, et dont ils poursuivent le fantôme. C'en est fait de leur patrie, s'ils ne rentrent dans le devoir, et ne détestent la révolte dans laquelle, depuis deux ans, on les a entraînés par orgueil, par corruption, par toutes sortes de violences.

C'est pourquoi, nous reposant sur la conduite paternelle que nous avons toujours tenue à votre égard, et sur la justice manifeste

Digitized by Google

quam nostro cum gaudio principes, et reges omnes (*), atque universus orbis agnovit, nihil unquàm cogitantes de nostris juribus quoquo modò remittendis, aut de quâvis compensatione pertractandâ super principatu, quem nobis vindicant ipsius conventûs nationalis priora decreta, quem nobis confirmant tùm legitimi, inconcussique tituli, tùm quinque et ampliùs sæculorum possessio, non solùm hîc denuò ratum habemus nostrum chirographum diei 5 novembris 1791, quo hærentes præteritis protestationibus, et patefactâ omnibus luculenter falsitate, atque calumniâ earum rerum, quæ ad excusandam iniquam occupationem prætexebantur, nullum declaravimus decretum diei 14 septembris ejusdem anni; declaramus insuper inania, irrita, nulliusque roboris ac momenti novum decretum diei 3 martii, et quæ subindè prodierunt, aut fortassè prodibunt in nostri principatûs detrimentum, unà cum actibus omnibus, qui ausu temerario perpetrati jàm sint, aut perpetrentur, imperantes atque jubentes, ut hæ nostræ litteræ unà cum aliis litteris diei 23 aprilis 1791, prædicto chirographo uniantur, et ad perpetuam memoriam in secreto nostro cameræ archivo adserventur.

Tantus est vester zelus, venerabiles fratres, ac dilecti filii, ut inutile reputemus novas vobis hortationes adjungere. Convertimini nobiscum indubiâ spe freti ad Deum, eumque indesinenter orate, veluti nos etiam eumdem oramus, ut justitiæ suæ rigorem avertat, et

(*) Vid. infr. ad append. part. II. nos. 2, 3, 4.

Digitized by Google

de votre cause, qu'à notre grande satisfaction, ont reconnue les princes, les rois (*) et l'univers entier, nous n'avons voulu, ni céder aucun de nos droits, ni recevoir aucune indemnité et compensation, pour une souveraineté que nous assurent les premiers décrets de l'assemblée nationale elle-même, que nous confirment des titres légitimes et inébranlables, et une possession de plus de cinq cents ans. Non-seulement nous ratifions l'écrit signé de nous, le 5 novembre 1791, où adhérant aux protestations antérieures, et détruisant la calomnie et les vains prétextes que l'on employoit pour pallier une usurpation inique, nous avons déclaré nul le décret du 14 septembre de la même année; nous déclarons de plus vains, de nulle valeur et de toute nullité, le décret du 3 mars, et ceux qui auroient paru et pourroient paroître par la suite au détriment de notre souveraineté, ensemble tous les actes que, par une entreprise téméraire, on s'est permis, ou que l'on oseroit se permettre; ordonnant et commandant que ces présentes, ainsi que nos lettres du 23 avril 1791, soient annexées au susdit écrit signé de nous, et, pour en conserver la mémoire, déposées dans les archives secretes de notre chambre apostolique.

Votre zele est si grand, vénérables freres, fils bien-aimés, que nous jugeons superflu d'ajouter ici de nouvelles exhortations : pleins d'une sainte confiance, c'est à Dieu que nous devons tous avoir recours. Priez-le comme nous le prions; priez-le sans cesse de détourner le fléau

(*) V. plus bas, supplém. part. II. nos. 2, 3 4.

Digitized by Google

eâ, quâ præditus est, misericordiâ mentes rebellium, eorumque fautorum illustret, utque eorumdem animos ferventes efficiat obsequio et veneratione ergà sanctam religionem suam, et studio ac spiritu obedientiæ ergà hanc apostolicam sedem. Hisce desideriis incensi, vobis, venerabiles fratres, vobisque, dilecti filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, die decimâ nonâ aprilis MDCCXCII, pontificatûs nostri anno decimo octavo.

PIUS qui suprà.

Nova facultas absolvendi presbyteros etiam intrusos. Quibus conditionibus? Dilectis filiis Nostris S. R. E. cardinalibus, et venerabilibus Fratribus archiepiscopis, et episcopis, ad dilectis filiis diœcesium administratoribus regni Galliarum

PIUS PAPA VI.

DILECTI FILII NOSTRI, VENERABILES FRATRES, AC DILECTI FILII salutem, et apostolicam benedictionem.

Ubi Lutetiam Parisiorum pervenit apostolicum quarumdam extraordinarium facultatum indultum, quas nos die 19 superioris martii concessimus omnibus archiepiscopis, episcopis, et administratoribus diœcesium regni Galliarum, confestim confratres vestri in eâ urbe commorantes, qui nomine totius cœtûs episcopalis indultum ipsum impetraverant, facilè intellexerunt, inter facultates sibi concessas

Digitized by Google

de sa justice, pour n'écouter que sa clémence ; qu'il daigne par sa grace éclairer les rebelles et ceux qui favorisent la révolte ; qu'il leur inspire le respect et la vénération pour sa religion, et l'obéissance pour le saint-siege. Tels sont les vœux ardens que nous formons, et dans l'effusion de notre tendresse paternelle, nous vous accordons, vénérables freres et fils bien-aimés, notre bénédiction apostolique.

Donné à Rome, à Saint-Pierre, le 19 avril 1792, la 18e. de notre pontificat.

Signé PIE.

Nouveaux pouvoirs accordés pour l'absolution des prêtres même intrus. A quelles conditions ? A nos chers fils les cardinaux, à nos vénérables freres les archevêques et évêques, et à nos chers fils les administrateurs des dioceses du royaume de France

PIE VI.

TRÈS-CHERS FILS, VÉNÉRABLES FRERES, et CHERS FILS, salut et bénédiction apostolique.

Du moment où nous eûmes fait parvenir à Paris l'indult apostolique en date du 19 mars dernier, par lequel nous accordions quelques pouvoirs extraordinaires aux archevêques, évêques et administrateurs des dioceses de France, ceux de vos confreres résidant en cette ville, qui avoient obtenu ledit indult, au nom de tout le corps épiscopal, n'eurent pas de peine à concevoir, que, parmi ces pou-

Digitized by Google

omissas fuisse facultatem absolvendi ecclesiasticos intrusos; et arbitrantes, hoc ipsum nonnisi ex hujusmodi casûs oblivione accidisse, nos iterùm supplices adierunt etiam atque etiam postulantes, ut hanc quoque facultatem novâ formulâ comprehenderemus.

Subindè vestri item confratres dubitare se declararunt, utrùm facultas primo ejusdem iudulti articulo comprehensa, « absolvendi ab » omnibus censuris quoscumque laicos, et ec- » clesiasticos tàm sæculares, quàm regulares » utriusque sexûs, atque eos etiam, qui schis- » mati adhæserunt, et juramentum civicum » emiserunt, in eoque perstiterunt ultrà qua- » draginta dies, in apostolicis litteris diei 13 » aprilis superioris anni, pro incurrendâ sus- » pensione a divinis, præfinitos », adjunctam haberet potestatem absolvendi ecclesiasticos etiam intrusos, quorum crimen illorum crimen antecellit, qui civico se tantùm sacramento obstrinxerunt, et de quibus in eo articulo specialis mentio facta fuerat.

In hâc rerum ambiguitate sanctè religiosèque iidem episcopi professi sunt, se quàm maximè abhorrere a prætergrediendis limitibus facultatum sibi tributarum; adeòque iterùm ad nos confugientes cujuscumque dubietatis tollendæ causâ, apertè nobis significarunt, se maximè optare, ut episcopis tribueretur facultas intrusis conciliandi ecclesiæ gratiam, eosque a censuris solvendi; cùm hæc facultas non solùm nihil haberet periculi, sed magno etiam religioni esse posset emolumento.

Digitized by Google

voirs, ne se trouvoit point celui d'absoudre les ecclésiastiques intrus; et croyant que c'étoit un pur oubli de notre part, s'adresserent encore à nous, pour nous demander une nouvelle concession, qui s'étendit également à cette sorte de pouvoir.

En même-temps ils nous témoignerent le doute où ils étoient, si, au pouvoir porté par le premier article de cet indult, (d'absoudre de toutes censures les laïques et ecclésiastiques, tant séculiers que réguliers, de l'un et de l'autre sexe, ceux-même qui ont embrassé le schisme et prêté le serment civique, et qui y ont persévéré au-delà de quarante jours déterminés par notre bref apostolique du 13 avril dernier, pour encourir la suspense de l'exercice des fonctions spirituelles), étoit joint le pouvoir d'absoudre même les intrus, dont le crime surpasse celui de la simple prestation du serment civique, et dont l'article susdit fait mention expresse.

Dans cette incertitude, animés d'un esprit vraiment religieux, les évêques déclarerent qu'ils étoient bien loin de prétendre aller au-delà des pouvoirs qui leur avoient été donnés. Cette nouvelle réclamation de notre ministere, faite pour lever toute espece de doute, étoit aussi un témoignage solemnel du desir où ils étoient, que les évêques fussent investis du pouvoir de réconcilier les intrus, d'étendre sur eux les graces de l'église; après les avoir absous de leurs censures; cette concession, non-seulement n'ayant aucun danger,

Digitized by Google

Vestra hæc agendi ratio, dilecti filii nostri, et ven. fratres, ac dilecti filii, digna sanè est, quam summis laudibus, sicut aliàs fecimus, extollamus. Nos itaquè parati ac prompti vestris petitionibus obsecundandis in iis omnibus, quæ in Domino expedire nobis videntur, in animum nostrum inducimus novam vobis impertiri facultatem, quæ latiùs pateat, et quæ egregiis vestris sensibus respondeat, quæque uno eodemque tempore et canonicis regulis, et ecclesiæ consuetudini satisfaciat.

Illud tamen in antecessum animadvertamus oportet, quòd sedulò perpensis iis, quæ ad nos primâ et alterâ vice detulistis, liquidò patet, illas inter facultates, quæ indulto generali continentur, comprehensam per nos minimè fuisse facultatem absolvendi ecclesiasticos intrusos. Cujus quidem facultatis omissio ex oblivione proficisci non potuit; dùm enim nostris obversarentur oculis apostolicæ nostræ litteræ diei 13 aprilis anni 1791, in quibus non tantùm fiebat mentio de crimine præstiti civici sacramenti, sed de alio etiam crimine sermo habebatur, quo sese polluerant ecclesiarum episcopalium, et parochialium invasores (1), ea nos fugere minimè poterant, quæ tàm ad primum, quàm ad secundum crimen pertinebant. Quod si alterum ex illis a

(1) Parag. *Videntes*, pag. 324, 1p. vol. hujusce oper.; parag. *Insuper*, et seqq. pag. 326, et seqq., ibid.

Digitized by Google

mais pouvant même servir avantageusement la religion.

Une conduite aussi édifiante, vénérables freres et chers fils, mérite sans doute les plus grands éloges; et déja nous nous sommes expliqués à ce sujet. Aussi, jaloux de satisfaire avec empressement à vos vœux dans tout ce qui nous paroîtra utile au service de Dieu, nous avons arrêté de vous accorder de nouveaux pouvoirs, plus étendus, correspondans à vos louables intentions, capables en même-temps de satisfaire et aux regles canoniques et aux usages de l'église.

Il est bon cependant que je vous fasse observer avant tout, que de l'examen réfléchi des difficultés que vous nous avez soumises en premiere et en seconde instance, résulte cette conséquence sensible, que nous n'avons aucunement entendu comprendre parmi les pouvoirs exprimés dans notre indult général, celui d'absoudre les intrus. L'exception de ce dernier pouvoir ne doit point être attribuée à oubli de notre part; car, ayant sous les yeux notre bref apostolique du 13 avril 1791, dans lequel il est question non-seulement du crime de la prestation de serment, mais de l'autre délit dont s'étoient rendus coupables les usurpateurs des évêchés et des paroisses, il ne nous étoit pas possible de perdre de vue ce qui concernoit, soit le premier, soit le second de ces crimes. Si dans l'article premier que vous m'opposez, nous avons explicitement rappellé celui-là, sans exprimer l'autre, n'est-ce point la preuve la moins équivoque de l'in-

Digitized by Google

nobis fuit in cit. articulo I. conceptis verbis commemoratum, alterum silentio præteritum, nil magis luculenter magisque dilucidè argui potest, quàm casum, de quo verba fecimus, per nos concessum fuisse, casum verò, de quo facta nulla mentio est, fuisse nobis unicè reservatum.

Cur autem minimè concederemus aliis, sed nobis duntaxàt reservaremus hanc intrusos absolvendi facultatem, in causâ profectò fuit maximum illud, quod unum inter alterumque flagitium intercedit discrimen, quod sanè a vestris ipsis confratribus animadversum est, quodque in omnium oculos incurrit. Etenim quamvis gravi crimine ii teneantur, qui civico sacramento sese obstrinxerunt, vi cujus religione interpositâ unusquisque promittit, servaturum se constitutionem, quæ juxtà sententiam totius episcopalis cœtûs gallicani, juxtàque solemnem declarationem nostram est partim hæretica, et partim schismatica; multò tamen majori et graviori flagitio tenetur ille, qui prudens ac sciens ad exequendum progreditur id, quod jurejurando promiserat, quique sive sacrilegè, sive ritè consecratus, si sit episcopus, sive sacrilegè, sive ritè ordinatus, si presbyter sit, illegitimam nactus missionem ac potestatem ecclesias vel episcopales, vel parochiales invadit, quique demùm segregatus ab hâc apostolicâ sede, et ab legitimis episcopis, tot peccatis peccata quotidiè inauditâ celeritate cumulat, quot illegitimæ jurisdictionis actus exercet, dùm magis augusta sacramenta prophanat, dùm populos

Digitized by Google

tention particuliere où nous étions de faire porter la concession sur celui dont nous parlons, et de nous réserver à nous seuls celui dont nous ne parlons pas.

La raison de cette différence est la même qui distingue l'un et l'autre de ces deux crimes; vos confreres l'ont bien sentie, et elle ne sauroit échapper à personne. En effet, quelque grave que soit la faute de ceux qui ont prêté le serment civique, par lequel ils s'engagent sous le sceau de la religion à observer une constitution, qui, suivant le jugement de tout le corps épiscopal de France et la déclaration solemnelle que nous en avons faite, est en partie hérétique, en partie schismatique; il y a quelque chose de bien plus criminel et de plus odieux dans la conduite de l'évêque ou du prêtre, qui, avec une pleine connoissance de ce qu'il fait, court exécuter son coupable serment, qui, en vertu d'une consécration ou d'une ordination sacrilege ou réguliere, selon l'office dont il est pourvu, exerçant une mission et une puissance illégitime, usurpe les fonctions épiscopales ou paroissiales; qui enfin, séparé de la communion du siege apostolique et des évêques légitimes, accumulant sans cesse crimes sur crimes, commet autant de péchés, qu'il se permet d'actes d'une jurisdiction illégale, profanant les plus augustes sacremens, entraînant les peuples dans les plus fatales erreurs, introduisant dans

Digitized by Google

populos miserè in errorem inducit, dùm novam invehit in regnum constitutionalem ecclesiam, re, legibus, et nomine a Jesu Christi ecclesiâ diversam, dùmque manu suâ schismati latissimam sternit viam. Quod ut e medio tollatur, jure ac meritò ad sanctam hanc sedem confugiendum erat, utpotè quæ injuriâ præsertim afficitur, quæque opportunum etiam potest adhibere indulgentiæ modum, non facilè, ordinatèque servandum, ubi absolvendi facultas multorum permitteretur arbitrio.

Minimè certè vos latet, ven. fratres, quantâ severitate usa sit ecclesia adversùs hujusmodi reos. Animadvertens enim id quod intercedit discrimen eos inter, qui suo infortunio parentes hæreticos aut schismaticos habuerunt, et inter eos, qui e parentibus catholicis progeniti sponte suâ ad hæreticorum partes transgrediuntur, aliter factos, aliter natos hæreticos, atque schismaticos semper tractavit, in istos longè rigidior, utpotè longè graviùs reos. Hic agendi rigor multò etiam magis adhibitus est in ecclesiasticos viros, ita ut sciamus adversùs ipsos adhibitas fuisse minas, ut « si » quis studio ad hæreticum ierit, et susce- » perit ordinationem, sine receptione sit (1) ».

(1) Verba sunt Constantini Cypriorum metropolitæ in actione primâ synodi VII generalis relat. a Labbeo in noviss. collect. concil. Antonii Zatta, tom. XII, col. 1048. post litt. C.

Digitized by Google

ce royaume une nouvelle église constitutionnelle, étrangere à l'église de Jésus-Christ, par son essence et par ses lois, comme par son nom, et ouvrant de ses mains au schisme la carriere la plus étendue. Pour en prévenir les ravages, vous avez bien fait de vous adresser au saint-siege, sur qui portent spécialement ses outrages, et qui, dans ses vues d'indulgence, peut encore employer des mesures qu'il ne seroit pas facile de suivre avec régularité, si l'on multiplioit les permissions d'absoudre de ces sortes de cas.

Vous êtes loin d'ignorer sans doute, nos vénérables freres, avec quelle sévérité l'église punissoit autrefois ceux qui s'étoient rendus coupables de semblables crimes. Elle reconnoissoit une différence entre ceux qui n'étoient hérétiques ou schismatiques que par le malheur de leur naissance, et ceux qui, nés de parens catholiques, se livrent de leur propre mouvement à l'hérésie; sa maniere d'agir, différente à l'égard de ceux qui étoient nés dans le schisme ou l'hérésie, et de ceux qui l'ont depuis adopté, étoit bien plus rigoureuse envers ceux-ci, comme étant bien plus coupables. C'est dans le même esprit qu'elle a aggravé la sévérité de ses ordonnances contre les ecclésiastiques; nous savons quelles menaces ont été portées à leur sujet : « celui qui » se sera adressé par choix à un hérétique » pour en recevoir l'ordination, ne sera point » admis dans l'église » (1).

(1) Paroles de Constantin, évêque métropolitain de

Hunc ecclesiæ agendi rigorem commemorat S. Innocentius I. Scribens enim ad Rufum, et alios Macedoniæ episcopos docuit, episcopum, aut clericum, in hæresi, aut schismate ordinatum, seu in illud postmodùm lapsùm, laicâ tantùm communione gaudere, juxtà « veteres regulas, quas ab apostolis, vel apos» tolicis viris traditas ecclesia Romana cus» todit » (1). Et quamvis a patribus concilii Nicæni I. quidam adhibitus fuerit modus ergà Novatianos, dùm Can. VIII indulserunt, ut « si quandò venerint ad ecclesiam, clerici in » clero permaneant, et is, qui nominatur » apud eos episcopus, honorem presbyterii » possideat, nisi fortè placuerit episcopo no» minis eum honore censeri », (2), voluerunt tamen, ut anteire deberent certiora argumenta ejurati erroris, adeòque nonnulla ab iis præstanda esse decreverunt; scilicet primò : « hæc autem præ omnibus eos scriptis con» venit profiteri, quòd catholicæ, et apos» tolicæ ecclesiæ dogmata suscipiant, et se» quantur ». Decreverunt secundò, ut etiam in eos, qui in persecutione prolapsi sunt, ad faciendum eorum resipiscientiæ periculum, servarentur *et spatia constituta, et tempora definita* (3), quatuor illis scilicet pœnitentiæ

(1) Epist. 22 ad Rufum, aliosque episcopos Macedoniæ, apud Labbeum cit. noviss. collect. Antonii Zatta, tom. III, col. 1060 et seq. num. 4 et 5.

(2) Cit. can. 8, apud Labbeum cit. edit., tom. II, col. 680.

(3) Cit. can. 8.

Digitized by Google

Cette discipline rigoureuse est attestée par S. Innocent I., dans sa lettre à Rufus et aux autres évêques de Macédoine, où il leur demontre que l'évêque comme le clerc ordonné dans l'hérésie ou dans le schisme, ou qui s'y est engagé depuis son ordination, n'a droit qu'à la communion laïque, conformément aux anciennes constitutions, dont les apôtres et après eux, les hommes apostoliques ont transmis le dépôt à l'église romaine (1). Il est vrai que les peres du premier concile de Nicée ont usé de quelque ménagement envers les Novatiens; on le reconnoît à l'indulgence du huitieme canon : « ceux qui re» viendront à l'église, si ce sont des clercs, » ils resteront tels; s'ils portent dans la secte » le nom d'évêque, ils auront le rang de prê» tre, à moins que l'évêque catholique de » cette résidence ne consente à lui faire part » de l'honneur du titre épiscopal » (2); mais observez qu'avant tout, il falloit avoir prouvé par des témoignages non équivoques que l'on renonçoit à l'erreur, et s'être soumis aux dispositions réglées par le concile, dont la premiere étoit, que l'on commençât par déclarer, et par signer que l'on s'engageoit à reconnoître et à suivre les dogmes de l'église catholique; la seconde

---

Constantia en Chypre, premiere sess. du VII^e^. Conc. écumén. Labbe, édit. de Venise, tom. XII, col. 1048 après la lettre C.

(1) Epître 22 dans Labbe, édit. de Venise, t. III, col. 1060 et suiv., n^os^. 4 et 5.

(2) Canon 8, dans Labbe, tom. II, col. 680.

Digitized by Google

gradus, qui juxtà tunc vigentem disciplinam debebant reconciliationem, sacramentorumque susceptionem antevertere (1); et decreverunt denique, ut eclesias occupatas abdicarent, easque episcopis legitimis dimitterent. Etenim illud certum est, veluti memorati patres dixerunt, « quòd episcopus ecclesiæ habebit episcopi dignitatem....., ne in unâ civitate duo episcopi probentur existere » (2).

Cùm Rufus Thessalonicensis episcopus hujus Nicæni canonis vi clericos a Photinianis episcopis ordinatos recipere vellet, eâque de re consuluisset S. Innocentium I., respondit pontifex : « possum dicere de solis hoc Novatianis esse præceptum, nec ad aliarum hæresum clericos pertinere. Nam si utiquè de omnibus ita definirent, addidissent a Novatianis, aliisque hæreticis revertentes debere in suum ordinem recipi » (3). Imò sanctus pontifex hâc occasione docuit, objici non posse peculiarem indulgentiam aliquandò adhibitam, eò quòd satis constaret, actum

(1) Can. 11, ejusdem concilii Nicæni I, penès Labbeum in cit. collect. noviss., tom. II, col. 681.

(2) Cit. can. 8.

(3) Cit. Epist. 22 apud Labbeum cit. tom. III, col. 1061, num. 5.

Digitized by Google

relative à ceux qui sont tombés durant la persécution, rappelle et les *distances* et les *époques marquées* (1) pour les épreuves exigées de ceux qui revenoient; ce sont les quatre degrés de pénitence ordonnés par la discipline alors en vigueur, lesquels devoient précéder la réconciliation et l'admission aux sacremens (2). Une autre enfin portoit qu'ils eussent à renoncer aux sieges dont ils s'étoient emparés, pour les remettre aux légitimes titulaires. Car c'est un principe certain, comme l'exprimoient les peres du concile, que la dignité épiscopale doit appartenir à l'évêque du lieu; et qu'il ne peut y avoir deux évêques pour le même diocese (3).

Rufus, évêque de Thessalonique, s'autorisoit de ce canon du concile de Nicée, pour recevoir les clercs ordonnés par les évêques attachés au parti de Bonose, nommés Photiniens: le pape S. Innocent consulté par lui, répondit: « Je puis affirmer que ce réglement » étoit particulier aux Novatiens, et qu'il ne » peut s'étendre aux autres hérétiques. Car » si les peres l'eussent entendu de tous les » autres hérétiques, ils l'auroient exprimé, » et ne se seroient pas contenté de parler » simplement des Novatiens (4) ». Le saint

(1) Même canon.

(2) Canon 11, même concile. Labbe, tom. II, col. 681.

(3) Can. 8, même concile.

(4) Epît. 22, dans Labbe, tom. III, col. 1061, n°. 5.

Digitized by Google

fuisse quasi dispensatoriè *pro remedio, ac necessitate temporis* (1).

Neque alia certè fuit S. Hieronymi sententia. Disserens enim de episcopis lapsis in synodo Ariminensi, censuit, eos de soliis episcopalibus dejectos debuisse inter laicos redigi ad perpetuas de scelere lacrymas effundendas (2). Consideravit tamen sanctus doctor, posse nonnihil de hujusmodi rigore aliquandò remitti (3); utque remissio hujusmodi certis esset regulis circumscripta, in synodo Alexandrinâ, cui S. Athanasius, Hilarius Pictaviensis, et Eusebius Vercellensis interfuerunt, placuit statuere, quoad sceleris principes atque auctores, quos error excusare non poterat, servari illæsum antiquum ecclesiæ canonem, alios verò pœnitentes ecclesiæ posse sociari; consensitque Romana et Occidentalis omnis ecclesia, veluti idem S. Hieronymus testatur (4).

(1) Cit. Epist. 22, num. 5.

(2) Comment. in Ezechielem prophet., lib. XIII, cap. XLIV, parag. *Hæc dicit*, edit. Venet. ann. 1768, tom. V, part. I, pag. 542, 543, 544 et 545.

(3) Cit. comment. in Ezechielem, pag. 545, parag. *Quidquid*.

(4) Tom. II, adversùs Luciferianos, cujus verba referuntur apud Labbeum cit. tom. III, col. 343.

Digitized by Google

pontife prend de-là occasion pour conclure qu'il ne faut point faire une loi générale d'un cas particulier où l'on a usé d'indulgence, et qu'il falloit envisager comme une dispense et un remede, comme un sacrifice fait à la nécessité (1).

Cette doctrine étoit la même que celle de S. Jérôme. Au sujet des évêques infideles du concile de Rimini, il pensoit qu'ils devoient être déposés et réduits au rang des laïques, pour pleurer continuellement leur faute (2). Cependant le saint docteur remarquoit, que l'on pouvoit relâcher quelque chose de cette sévérité (3); ce fut pour établir des regles précises sur ce relâchement, que les peres du concile d'Alexandrie, auquel assisterent un Saint-Athanase, un Saint-Hilaire de Poitiers, un Saint-Eusebe de Verceil, jugerent à propos de statuer qu'à l'égard des principaux auteurs de l'hérésie, qui ne pouvoient excuser leur crime sur le prétexte d'avoir été dans l'erreur, on maintiendroit l'antique discipline dans son intégrité; pour les autres qui se repentiroient, on pouvoit les réunir à l'église. L'église de Rome et d'Occident toute entiere sanctionna cet accord, comme l'atteste le même pere (4).

(1) Même lettre.

(2) Comment. sur Ezéch., liv. XIII, chap. XLIV, parag. 44.

(3) Même Comment. sur Ezéch., pag. 545 du t. V, édit. de Venise.

(4) V. Collect. des conciles de Labbe, t. III, col. 343, où est cité le texte de S. Jérôme dans ses traités contre les Luciférïens.

Digitized by Google

Hinc minimè nos recedemus ab æquitate, et indulgentiâ, postmodùm in ecclesiam receptâ, si postulantibus vobis generatim intrusorum absolvendorum facultatem, secernentur a nobis presbyteri, aliique inferioris ordinis ecclesiastici viri ab archiepiscopis, et ab episcopis ordinis superioris. Ad presbyteros, aliosque ecclesiasticos viros quod spectat, per nos in quartâ, et quintâ classe comprehensos apostolicarum litterarum diei 19 præteriti martii (1), concedimus ad annum unicuique vestrûm, dilecti filii nostri, ac veh. fratres, et dilecti filii, facultatem absolvendi per vos ipsos, aut per presbyteros delegandos a vobis, eos omnes, qui sive illegitimè, sive legitimè ordinati, aut integras parochias, aut earum partem invaserint, et actus exercuerint sibi ab episcopis intrusis delegatos, atque hos in gratiam ecclesiæ conciliandi, ita ut ii, juxtà indulgentiam memorati canonis VIII. Nicæni concilii, permaneant in clero.

Et ne absolutiones hujusmodi inconsultè concedantur, aut sint inter se difformes, inhærentes nos prædicto concilio Nicæno, et benigniori ecclesiæ disciplinæ, jubemus intrusorum absolvi neminem, nisi priùs scripto ejuraverit civicum sacramentum, illosque errores, qui civili constitutione cleri gallicani

(1) Pag. 248 hujusce vol. parag. *Parochos* et seq.

Digitized by Google

Pénétrés de ces principes, nous chercherons à concilier les droits de l'équité et ceux de l'indulgence à laquelle l'église a bien voulu condescendre depuis, en distinguant, dans la demande générale que vous nous faites de permissions particulieres d'absoudre les intrus, les prêtres et les ecclésiastiques d'un grade inférieur, d'avec les archevêques et évêques d'ordre supérieur. Quant aux premiers, formant la quatrieme et cinquieme classe des coupables désignés par notre bref apostolique du 19 mars 1792 (1), nous accordons pour un an à chacun de vous, nos très-chers fils et nos vénérables freres et chers fils, le pouvoir d'absoudre, tant par vous même que par des prêtres délégués par vous, tous ceux qui, en vertu d'une ordination illégitime ou canonique, se sont emparés d'une paroisse entiere, ou d'une portion d'une paroisse étrangere, délégués par des évêques intrus, pour y exercer des actes de jurisdiction, et de les réconcilier avec l'église, les faisant profiter de l'indulgence du concile de Nicée, dont le canon 8 leur permet de rester dans le rang qu'ils occupent.

Pour empêcher que ces sortes d'absolutions ne soient accordées indiscrettement, ou qu'elles ne présentent des formes diverses, nous suivrons le modele tracé par le concile de Nicée et les réglemens de discipline les plus favorables; nous voulons donc qu'aucun intrus ne soit absous, à moins d'avoir auparavant retracté

(1) Pag. 249 de ce vol.

Digitized by Google

continentur, et nisi declaraverit speciatim (1), sacrilegas esse ordinationes ab intrusis sive receptas, sive peractas, irritam esse collatam ab iis auctoritatem, injustamque et nullam esse intrusionem unà cum actibus indè consecutis, et nisi jurejurando promiserit, se apostolicæ huic sedi (2), legitimisque episcopis obtemperaturum, et nisi deniquè parochiam, ejusve partem reapsè abdicaverit, eorumque ejuratio, atque abdicatio publica fuerit, perindè ac crimen quoque publicum fuit, injunctis eorum singulis, *quantùm Spiritus et prudentia suggesserit*, ut aiunt Tridentini patres (3), *pro qualitate criminum, et pœnitentium facultate salutaribus, et convenientibus satisfactionibus*, loco publicæ pœnitentiæ graduum, quos vigentes Nicæni concilii tempore postmodùm ecclesiæ pietas moderata est, reservatâque nobis facultate idoneos reddendi eos, qui absolventur, habendis, retinendisque beneficiis, atque parochiis, per ipsos non ritè occupatis, et possessis.

---

(1) Ejuratio errorum articulata esse debet, juxtà cit. can. 8. concilii Nicæni, necnon juxtà acta alterius concilii Nicæni II. apud Labbeum, cit. edit. noviss., t. XII, col. 108, litt. E.

(2) Hæc conditio expressè adjecta fuit in formulâ, quâ recepti fuerunt ad communionem schismatici in concilio Lateranensi III, ut videre est apud. Natal. Alexand. Histor. Eccles. sæcul. XI et XII. Dissert. IX, edit. Paris. 1744, tom. XIV, pag. 368.

(3) Sess. XIV, de sacram. pœniten., cap. VIII.

Digitized by Google

par écrit le serment civique, et les erreurs contenues dans la constitution civile du clergé, et déclaré spécialement (1), que les ordinations reçues ou conférées par les intrus, sont toutes sacrileges, que l'autorité déléguée par eux est nulle, que l'intrusion est un sacrilege dont la nullité enveloppe tous les actes faits en conséquence; d'avoir promis avec serment la foi et l'obéissance au saint-siege apostolique (2), et aux évêques légitimes; enfin, de renoncer à la paroisse ou à la portion de paroisse qu'ils ont envahies, laquelle rétractation et démission doit être publique comme le crime l'a été, enjoignant à chacun d'eux, *autant que l'esprit saint et votre prudence vous le suggéreront*, comme parlent les peres du concile de Trente, *des satisfactions salutaires et convenables selon la qualité des crimes et l'état des pénitens* (3), pour suppléer aux divers degrés de la pénitence publique en usage du temps du concile de Nicée, et depuis modérée par l'indulgence maternelle de l'église; nous réservant la faculté de rendre ceux qui seront absous, propres à posséder et à conserver les

(1) Cette rétractation doit être détaillée, selon l'esprit du 8e. can. du 1er. concile de Nicée, et les actes du second conc. tenu dans la même ville. (Œcum. VII.) Labbe, tom. XII, dern. édit., col. 108, lettre. E.

(2) Condition expressément énoncée dans la formule de réception des schismatiques au IIIe. concile de Latran, comme on peut le lire dans les Ann. Ecclés. du pere Noël Alexandre, XIe. et XIIe. siecles. Dissert. IX, t. XIV, pag. 368, édit. de Paris, 1744.

(3) Sess. XIV du sacrement de pénitence, ch. VIII.

Digitized by Google

Dùm vobis ampliorem hanc facultatem impertimur absolvendi etiam a nefario intrusionis sacrilegio ecclesiasticos inferioris ordinis, non possumus equidem, quin vos, simul et ecclesiasticos hujusmodi paternè commoneamus. Vos, inquimus, ut cautè utamini tributâ facultate ad ædificationem, utque religiosè eas servetis, quæ vobis præscribuntur, conditiones; ecclesiasticos autem pœnitentes, ut grato in nostram indulgentiam animo nullam simulationem adhibeant, utpotè quæ non modò ipsis nulli esset adjumento, sed etiam eosdem in majus exitium conjiceret. Absoluti enim coràm ecclesiâ, absoluti minimè essent coràm Deo, medicinamque ipsam in venenum converterent. Et si Spiritum sanctum non habent, qui *segregant semetipsos* (1), certè nec ille eum percipit, qui fictus est in ecclesiâ, quoniam et indè scriptum est: *Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum* (2). Qui vult ergò habere Spiritum sanctum, caveat in ecclesiam simulatus intrare: aut si jàm talis intravit, caveat in eâdem simulatione persistere, ut veraciter coalescat arbori vitæ.

---

(1) Judæ, cap. unic. vers. 19.
(2) Sapientiæ, cap. I, vers. 5

Digitized by Google

bénéfices et les cures dont ils ne jouissoient pas d'une maniere légitime.

En vous accordant cette faculté plus étendue d'absoudre même du crime énorme de l'intrusion les ecclésiastiques d'un rang inférieur, nous saisirons l'occasion de vous faire entendre à vous et à ces ecclésiastiques, notre voix paternelle ; à vous, pour vous engager à user avec ménagement d'un pouvoir qui ne vous est accordé que pour édifier, et d'observer avec une fidélité religieuse les conditions qui vous sont imposées ; aux ecclésiastiques repentans, pour les avertir de reconnoître notre indulgence, en n'usant point d'une coupable dissimulation. A quoi leur serviroit-elle ? qu'à les précipiter dans un malheur encore plus funeste. Absous devant l'église, ils ne le seroient pas devant Dieu, et d'un remede salutaire, ils feroient un poison mortel. S'il est vrai que l'esprit saint n'habite point parmi ceux qui se *séparent d'eux-mêmes* (1), il ne l'est pas moins que l'esprit saint est loin de se donner à celui qui veut tromper son église. Car c'est de cette source que vient cet oracle : *l'esprit saint qui est le maître de la science, fuit le déguisement* (2). Celui donc qui veut posséder le saint esprit, doit éviter d'entrer dans l'église par la voie du mensonge ; ou s'il a eu ce malheur, qu'il prenne garde d'y persister, s'il veut demeurer véritablement uni à l'arbre de vie.

(1) Epître de S. Jude, v. 19.
(2) Sagesse, chap. I, v, 5.

Digitized by Google

Insuper ad quamcumque ambiguitatem submovendam, illud adjungimus, ut facultates memorato indulto generali comprehensæ, non secùs atque illæ facultates, quæ hisce continentur litteris, concessæ intelligantur tàm Gallis, quàm exteris archiepiscopis, et episcopis pro iis populis, iisque diœcesium partibus, quas habent in regno Galliarum.

Ad archiepiscopos verò, et episcopos superioris ecclesiastici ordinis quod attinet, sive sint consecratores et assistentes, sive intrusi, sive etiam jurejurando civico obstricti, juxtà primam, secundam, tertiamque classem nostrarum litterarum diei 19 elapsi mensis martii, satis opportunum existimamus unicè nobis, nostrisque successoribus reservare illorum absolvendorum facultatem. Quod enim super eorum defectione cadit judicium, multò aliis gravius est, iisque longè antecellit : nam eorum quidam sunt totius sceleris principes, omnes autem possunt verè dici auctores exitialis schismatis, quod per totum istud regnum miserè debacchatur; adeòque digni sunt juxtà memoratos canones, ut cum iis aliquandò rigidiùs agatur. Hâc autem reservatione nolumus sanè, ut eorum animi frangantur, ac dejiciantur, sed maximè cupimus, ut illorum tantò magis excitetur fiducia communem matrem adeundi, et ad eam alacriter confugiendi; si enim sincera eorum erit pœnitentia, velintque plenis satisfactionibus malè gesta condemnare, et ecclesias occupatas dimittere,

Digitized by Google

Pour lever toute espece de doute et d'équivoque, nous ajouterons que les pouvoirs accordés par notre indult général mentionné ci-dessus, et ceux qui sont énoncés dans le présent bref, doivent s'entendre, non-seulement pour les évêques français, mais pour les archevêques et évêques étrangers, dont les dioceses s'étendent sur les provinces françaises.

Quant aux archevêques et évêques dont l'ordre est supérieur, qu'ils soient consécrateurs des intrus ou assistans à la consécration, qu'ils soient intrus eux-mêmes, ou qu'ils n'aient fait que prêter le serment civique, tous composant la quatrieme et la cinquieme classe du schisme, selon la distribution que nous en avons faite dans notre bref du 19 mars dernier, nous croyons devoir à la dignité de notre siege, d'en réserver l'absolution à nous seuls et à nos successeurs; le jugement qu'ils ont encouru par leur coupable défection, étant bien plus sévere et bien plus important; vu qu'il en est parmi eux qui sont les chefs de ce parti criminel, et que tous peuvent être appellés réellement les auteurs du funeste schisme qui étend aujourd'hui ses ravages dans ce malheureux empire. C'est contre de semblables crimes que les canons ordonnent une bien plus sévere rigueur. Toutefois à Dieu ne plaise que cette réserve que nous en faisons à notre tribunal, soit pour les coupables un motif de découragement: le plus tendre objet de nos vœux est de relever leur confiance, de l'animer en faveur de

Digitized by Google

mittere, declaravimus jàm cum S. Leone (1), idemque modò iterùm declaramus, eos per nos apertis ulnis exceptum iri, et pacis, communionisque nostræ unitate fruituros. Nostra enim ac vestra consilia non aliò spectant, quàm eò, ut errantes ad ovile reducantur, utque schismati finis demùm imponatur, veluti indesinenter fusis lacrymis Deum optimum maximum deprecamur.

Post hæc vix opus esset, ut vos admoneremus cujusdàm scripti, nunc ad nos delati, quod schismatici desperantes omninò tueri se ampliùs posse auctoritate suâ apud omnes abjectâ, atque pessumdatâ, ausi sunt nostro nomine in vulgus edere, præfixo titulo litterarum in formâ brevis, gallicâ et germanicâ linguâ conscriptarum, perindè ac si illæ datæ fuissent *Romæ, apud S. Mariam Majorem, sub annulo piscatoris, die* 2 *aprilis anno* 1792, quatuordecim scilicet diebus post ultimas nostras litteras, quibus adscripta est dies 19 præteriti martii. Hæ falsæ litteræ, quarum initium est: *Noster paternus animus,* inauditâ temeritate falsas declarant omnes apostolicas

(1) Cit. apostolicæ litteræ, diei 19 martii 1792, parag. *Hinc mirum.*

Digitized by Google

notre commune mere, de les porter à se jetter dans son sein avec empressement. Si une sincere pénitence excite dans leurs ames le desir de satisfaire pleinement à la condamnation que méritent leurs fautes, s'ils renoncent à des églises usurpées, nous l'avons déja déclaré avec le pape S. Léon (1), et nous en renouvellons en ce moment la solemnelle déclaration, nous les recevrons à bras ouverts, nous les admettrons à la jouissance de la paix et de notre communion. Vos intentions comme les nôtres n'ont qu'un seul et même but, c'est de ramener au bercail les brebis égarées, et de mettre enfin un terme au schisme, comme nous ne cessons de le demander avec larmes au Seigneur.

Après cet exposé de nos principes, il deviendroit inutile de vous donner avis d'un écrit que l'on vient de nous dénoncer. C'est l'ouvrage des schismatiques, qui, dans le désespoir où ils sont de voir leur autorité s'écrouler de toutes parts, et s'anéantir sous le poids du mépris public, ont osé publier sous notre nom un prétendu bref, composé en français et en allemand, qu'ils supposent émané de nous, *à Rome, à Sainte-Marie-Majeure, en date du 2 avril* 1792, c'est-à-dire, quatorze jours après notre dernier bref du 19 mars. Dans ce faux bref commençant par ces mots : *Nos sentimens paternels*, l'écrivain a l'inconcevable témérité de déclarer faux tous les brefs apostoliques composés et publiés par nous contre

(1) Bref du 19 mars, p. 217 de ce volume.

Digitized by Google

litteras a nobis exaratas, atque vulgatas adversùs civilem constitutionem cleri Galliarum, ejusque auctores, atque fautores (1) exuunt sanctam hanc sedem suo jurisdictionis primatu (2), plurimis laudibus prosequuntur universam constitutionem, hortanturque populos, ut episcopis, et parochis constitutionalibus pareant (3).

Oh infelix astutia ! quasi unicuique non pateret harum litterarum falsitas, atque calumnia, sive locus inspiciatur, ubi datas fuisse confingitur; nos enim die 1 mensis aprilis morabamur, quemadmodùm adhùc, non apud S. Mariam Majorem, sed apud sanctum Petrum; sive animadvertatur integer contextus, et continuatio sermonis, quò fuerunt conscriptæ. Ibi enim, dùm assuetâ, ipsisque familiari circumventione utuntur, nullum afferunt argumentum, quod centies non fuerit refutatum atque rejectum, ita ut verè dici possit, tot in illis errores esse, quot verba. Nihilominùs ne simplices decipiantur, inhærentes nos iis, quæ adversùs hujusmodi corrupta monumenta postremis litteris nostris expressimus (4), hoc scriptum declaramus falsum, commentitium, calumniosum, hæreticum, atque schismaticum, illudque rejicimus, reprobamus, atque damnamus. Quò ma-

(1) Parag. 1, 17 et 46.
(2) Parag. 8, et seqq.
(3) Parag. 44.
(4) Datis die 19 martii hujus anni, pag. 236, parag. *Intereà*, et p. 262, parag. *Super omnia* hoc II volum.

Digitized by Google

la constitution civile du clergé ; ses coupables auteurs et complices dépouillent le siege apostolique de sa primauté de jurisdiction, ils prodiguent les panégyriques à la constitution entiere, et exhortent les peuples à se soumettre aux évêques et aux curés constitutionnels.

Déplorable artifice ! est-il donc possible de se méprendre au caractere de fausseté que présente cet ouvrage de mensonge, soit par le nom du lieu d'où l'on prétend qu'il a été envoyé par nous ; car, dès le premier avril, nous habitions, non pas à Sainte-Marie-Majeure, mais à S. Pierre où nous sommes encore ; soit par son ensemble, et la suite du langage dans lequel il est écrit. S'enveloppant dans ces détours captieux, ordinaires à l'hérésie, ils n'apportent aucun raisonnement qui n'ait été cent fois réfuté et réduit en poudre ; et nous n'exagérons pas de dire qu'il contient autant d'erreurs que de mots. Cependant, pour mettre les simples fideles en garde contre cette manœuvre, fermement attachés au jugement porté par nous dans notre dernier bref (1), contre ces monumens empoisonnés, nous déclarons cet écrit faux, mensonger, calomnieux, hérétique et schismatique, et comme tel, nous le rejettons, nous le réprouvons et le condamnons. Plus nos adversaires nous attaquent par des moyens frauduleux, plus notre

(1) Du 19 mars 1792, pag. 237 et 263 de ce vol.

Digitized by Google

jores sunt adversariorum nostrorum fraudes, eò major debet esse nostra, ac vestra vigilantia. Hanc vobis commendamus etiam atque etiam, dùm intereà vobis, dilecti filii nostri, et ven. fratres, ac dilecti filii, vestræque curæ concreditis gregibus apostolicam benedictionem peramanter impértimur.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die XIII junii MDCCXCII, pontificatûs nostri anno decimo octavo.

PIUS qui suprà.

Litteræ encyclicæ ad omnes episcopos Pontificiæ ditionis missæ, pro recipiendis ecclesiasticis personis iis, quæ ex Galliarum regno emigrarunt (*).

SATIS nota erit N. N. paterna sollicitudo, quâ SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER exemplo ductus prædecessorum gloriosæ memoriæ omnibus iis adhuc succurrerit ecclesiasticis personis, quæ apertam fugientes persecutionem, quâ religio, ejusque ministri affliguntur in Galliis, Romam confugerunt in sinum communis fidelium patris (**). Noverit pariter,

---

(*) Ex italico idiomate, in latinum transtulit J. A. Z. SS. Theol. et J. U. doctor, natus in diœces. Tridentinâ.

(**) Dès les commencemens de la révolution, l'église gallicane avoit eu ses martyrs. Les outrages faits à M. l'archevêque de Paris, au milieu de la ville royale, et sous les yeux des Etats montroient aux ecclésiasti-

Digitized by Google

commune vigilance doit être active. Nous insistons de plus en plus sur la recommandation de ce devoir; et nous vous accordons, très-chers fils, vénérables freres et fils bien-aimés, dans toute l'effusion paternelle, notre bénédiction apostolique, à vous et aux troupeaux qui vous sont confiés.

De Rome, à Saint-Pierre, ce 13 juin 1792, la 18e. année de notre pontificat.

Signé PIE.

Lettre circulaire à tous les évêques de l'état ecclésiastique, en faveur des prêtres français réfugiés (*).

VOTRE grandeur est sans doute instruite de la sollicitude paternelle avec laquelle sa sainteté, marchant sur les traces de ses glorieux prédécesseurs, s'est empressée jusqu'ici de venir au secours de tous les ecclésiastiques français, qui, pour éviter la persécution déclarée dont la religion et ses ministres sont frappés dans leur pays, sont venus chercher à Rome un réfuge, dans le sein du pere commun des fideles. Elle sait également avec quel zele les communautés régulieres de Rome,

---

(*) Cette lettre a été traduite de l'italien en latin par J. A. Z., docteur en théologie et en droit, natif du diocese de Trente.

Digitized by Google

quàm prompto studio regulares Romæ, aliique loci pii pontificiæ paruerint ordinationi, vic-

---

ques fideles le chemin de l'amphithéatre. Le décret sur les propriétés ecclésiastiques, d'après les circonstances qui l'avoient accompagné, pouvoit être regardé moins encore comme un arrêt de confiscation, que comme une proclamation de mort contre les titulaires; l'impassibilité des victimes, toutes les haines à satisfaire, une riche proie à conquérir, que de droits pour les bourreaux! Aussi toutes leurs fureurs furent-elles bien calculées; et grand nombre d'ecclésiastiques se hâterent de se dérober, non pas au péril qui menaçoit leurs têtes, mais à la nécessité d'épargner de nouveaux crimes à leurs concitoyens.

La même providence qui les avoit jugés dignes de souffrir pour la confession de la foi, leur avoit ménagé le plus précieux dédommagement, dans sa plus belle image, dans la personne d'un pontife, digne successeur des Symmaque, des Grégoire-le-Grand 1), autant par l'étendue de sa charité, que par l'éclat de ses talens et de ses autres vertus. C'étoit Pie VI qui leur avoit montré la lumiere, c'étoit lui qui avoit ouvert devan eux cette honorable carriere, dont tous savoient bien que le terme devoit être la croix de Jésus-Christ. Après avoir ouvert à leurs yeux tous les trésors de la vie spirituelle, il sut, à l'exemple du maître dont il a l'honneur d'être le vicaire, faire des prodiges pour subvenir à leurs nécessités. Ce fut particuliérement après que les premieres invasions des armées françaises eurent porté dans les états ecclésiastiques

(1) Le pape Symmaque s'empressa de subvenir aux besoins de l'entretien des évêques d'Afrique réfugiés en Sardaigne. (Anast. bibl. ap. Baron. ad ann. 504, n°. 3.) S. Grégoire-le-Grand écrivoit aux évêques d'Illyrie de partager leurs subsistances, avec ceux de leurs collegues que la persécution en avoit privés : par-là, disoit-il, nous prouverons que nous savons honorer le prochain en Dieu, et Dieu dans notre prochain. (Ep. I, ad. ep. Illyr.)

Digitized by Google

et les autres pieux établissemens ont secondé l'ordonnance pontificale, en offrant tous les se-

---

un nombre considérable de ces illustres exilés, que le pape, consultant moins ses ressources que les besoins, fit voir que la charité du pasteur universel étoit inépuisable. De sages réglemens, une économie rigoureuse, mais nécessaire, multiplierent les moyens de bienfaisance. Plus de deux mille ecclésiastiques durent aux libéralités ou à la sagesse du saint-pere une subsistance honorable. Ils avoient retrouvé Jérusalem pour Babylone. Le zele du souverain pontife fut secondé de la maniere la plus efficace par les cardinaux, les archevêques, les évêques, tout le clergé séculier et régulier de tous les ordres, les laïques de toutes les classes, de tous les âges. Non content d'agir par lui-même, le pape voulut associer à l'immensité de sa charité vraiment écuménique les peuples étrangers; ses instructions circulaires alloient par-delà les montagnes et les mers, susciter des protecteurs généreux à ces illustres victimes de la persécution. Ce fut dans la Savoie, dans la Belgique, dans l'Allemagne, dans l'Empire, et jusqu'aux extrémités du Nord, une heureuse rivalité à qui leur offriroit les secours les plus empressés et les plus délicats. On eût dit que l'ame de Pie VI étoit passée dans tous les fideles; et comme au temps de la primitive église, tous les catholiques sembloient n'avoir plus qu'un cœur et qu'une ame.

Mais ce ne furent point là les seuls droits de Pie VI à l'immortelle reconnoissance de l'église gallicane. La sainte émulation que les vertus du souverain pontife avoient répandue parmi les exilés, avoit ouvert, ou du moins avoit aggrandi pour eux une autre source de richesses inaccessibles aux révolutions humaines. Déja purifiés par le feu des persécutions, les prêtres français acheverent de se perfectionner par les exercices de la retraite et les pratiques de la pénitence. Pie VI animoit par sa propre édification la commune ferveur. Plusieurs fois il avoit ordonné des prieres publiques

Digitized by Google

tum illis ecclesiasticis et hospitium subministrantes in domibus suis, eâ charitate, quæ primis congruebat ecclesiæ sæculis.

Quemadmodùm verò persecutionis furor, qui postremò hoc tempore Parisiis et in provinciis aliis crudeliùs efferbuit, numerum auxit illustrium confessorum, qui de sanctâ religione notrâ optimè sunt meriti, ut et in Galliis adauxit chorum martyrum; ita SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER, cùm onus fraternæ hospitalitatis adjunctum officio, solis, qui Romæ sunt religiosis, locisque piis imponere haud possit, providere decrevit, ut iidem æquè per provincias etiam distribuerentur, certò confidens, charitatem religiosorum, piorumque locorum non minora ibidem præstituram, quàm in urbe principe adhùc exhibuerat.

Pontificiæ hujus sollicitudinis, dùm N. N. in se partem suscipiet, necesse erit, ut monasteria omnia et conventus diœceseos, (ne capucinis quidem, aliisque mendicantibus exceptis), describi curet, æstimatâque eorum facultate, cum superioribus eorumdem de

---

pour intéresser la divine miséricorde. Il ajoutoit par sa présence à leur solemnité, à leur efficacité par sa dévotion. Rome, selon la belle expression de l'historien du clergé de France, fut la ville des saints; et sans doute le prodige de la victoire de Lépante se fut renouvellé, si Dieu n'eût réservé à son église pour les mal-

Digitized by Google

cours de l'hospitalité aux ecclesiastiques réfugiés dans leurs maisons, avec une charité vraiment digne des beaux jours de l'église primitive.

Mais le feu de la persécution qui vient tout récemment de se rallumer dans Paris et dans les provinces avec plus de fureur que jamais, a augmenté le nombre des illustres confesseurs qui ont si bien mérité de notre sainte religion, et celui des martyrs de la France. Ces considérations ne permettant pas à sa sainteté de faire peser sur les seuls religieux et les communautés pieuses qui sont à Rome, la charge et le devoir de l'hospitalité fraternelle, elle a arrêté dans sa sagesse, que les prêtres réfugiés seroient repartis également dans les provinces, animée qu'elle est de la juste confiance que la charité des religieux et des autres pieuses fondations ne s'y montreroit pas avec moins d'éclat, qu'elle ne l'a fait jusqu'à présent dans la capitale.

Tandis que votre grandeur s'associera à la sollicitude paternelle de sa sainteté, il sera bon qu'elle fasse le relevé de tous les monasteres et couvens de son diocese, (sans excepter les capucins, et les autres religieux mendians), et qu'après une évaluation de leurs

---

heureux jours où nous sommes, le spectacle plus beau que tous les triomphes, d'un pontife vénérable, forçant à l'admiration ses ennemis vainqueurs, et le prodige de sa religion, plus forte par ses épreuves mêmes, s'élevant au-dessus de tous les trônes renversés ou chancelans.

(*Notes de l'éditeur.*)

Digitized by Google

ratione conveniat, quâ distribui in illis et recipi queant ecclesiastici Galliæ exules, qui deinceps eò allegandi sunt ex uno præcipuorum locorum quatuor, quò conferre se debebunt, qui pontificiam ingressuri sunt ditionem.

Ne igitur ex indicato loco major mittatur numerus, quàm reipsâ admitti queat, necessum erit pariter, ut N. N. indicium faciat ejus numeri, quem pro suâ prudentiâ recipi ibidem posse judicaverit.

Optat profectò SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER, ut qui in singulis monasteriis ac conventibus collocandi sunt, tàm pauci sint, quàm fieri omninò potest, per concursum exulum quos dicto ex loco missos accipiet : simul tamen exploratæ N. N. prudentiæ illud dispiciendum relinquit, utrùm unus, binive aut plures etiam eodem sint monasterio vel conventu recipiendi, aut nullus planè, si qui admissus fuerit, ibidem sustentari omninò haud posset.

Idcircò ne ab hujusmodi pernecessariis hoc tempore precationum officiis distrahi, aut averti possint animi, occludi jussimus, et pro reliquâ hujus anni parte, et pro toto insequenti anno theatra in hâc urbe omnia, cæteraque profanæ hilaritatis spectacula præsertim bacchanaliorum prohibuimus. Sed ut certiùs, ac efficaciùs ad exaudiendos clamores nostros misericordiarum patrem inclinemus, vos ipsos, VV. fratres, vestræque fidei creditos populos, ad luctûs votorumque nostrorum societatem evocamus; neque enim extranei a nobis estis, sed eodem nobiscum spiritu, ac eâdem etiam temporalium rerum sorte ita conjuncti, ut nihil vel lætum, vel triste, calamitosumque nobis accidere possit, quod in vos, diœcesesque vestras non redundet. Itaquè cùm hæc eadem in vos procella, tanquàm in eâdem navi constitutos ingruat, supplices etiam voces vestræ cum manibus ad cælum attollendæ nobiscum sunt, ut nubes penetrare, ac ad divinæ majestatis solium pervenire, sistique valeant, ac inde subventuram nobis, apostolicæ sedi, catholicæ ecclesiæ elicere, ac impetrare clementiam. Idèo beatissimæ Virginis Mariæ patrocinio, quæ est via, per quam Salvator advenit, sanctorumque omnium, ac præsertim B. Petri apostoli, ac S. Pii V.,

Digitized by Google

le succès pourroit-il être douteux, alors que l'on combat pour la foi de J. C., pour sa religion, pour sa cause? Il faut donc toujours en revenir aux prieres; voilà nos principaux moyens de défense, voilà les premieres armes des chrétiens.

Dans cette vue, pour empêcher que rien ne puisse détourner ou distraire les fideles de l'indispensable devoir de prier, qui nous est commandé par les circonstances, nous avons fait fermer pour le reste de cette année, et tout le cours de l'année prochaine, tous les théatres de cette ville, tous les spectacles où l'on va se livrer à des joies profanes, particuliérement ceux du carnaval. Mais le moyen le plus sûr et le plus efficace de rendre le pere des miséricordes favorable à nos supplications, c'est que vous aussi, nos vénérables freres, et les peuples confiés à votre sollicitude, vous veuilliez bien vous associer à notre douleur et à nos vœux. Car, vous ne nous êtes pas étrangers, mais les mêmes espérances spirituelles, les mêmes intérêts humains nous identifient tellement les uns aux autres, qu'il ne peut rien nous arriver à nous d'agréable, ou de fâcheux et de sinistre, qui ne porte contre-coup sur vous et sur vos dioceses. Navigeans sur le même vaisseau, nous sommes exposés aux mêmes orages; vous aussi, vous devez donc élever avec nous des mains suppliantes: que nos voix réunies pénétrent les cieux; que nos cris parviennent au trône de la divine majesté, qu'ils s'y arrêtent, qu'ils en fassent descendre pour nous, pour le siege apostoli-

Digitized by Google

quos hoc tempore potissimùm invocandos statuimus, intercessione confisi, rursùs pro vobis, vestrisque plebibus ecclesiæ thesauros recludimus, ac plenarias in formâ jubilæi concedimus peccatorum indulgentias omnibus iis vestrarum diœcesium, qui opera, quæ hìc subjiciemus, præstabunt, quæ gravissimis horum temporum necessitatibus visa sunt convenire, consecuto nimirùm apud nos ex iis plurimo, ac singulariter commendando hujus populi nostri fervore. Neque enim præterire silentio possumus, quantoperè commoti fuerimus, cùm redundare multitudinis concursu templa videremus, cùm frequentissima sacramentorum fieret perceptio, cùm viæ penè omnes conspicerentur supplicationibus refertæ non jàm imperatis a nobis, sed spontè susceptis, capitulorum, religiosorum ordinum, collegiorum, congregationum, communitatum, conservatoriorum, prælatam crucem ordinatim, pièque sequentium, quæ nos partim audientes, partim nostris etiam oculis subjicientes, continere lacrymas præ gaudio non potuimus, neque non in maximam excitari divinæ opis fiduciam, tantò totius civitatis nostræ in divinum cultum studio, tantâ devotione, pietate, religione consequendæ.

Quapropter

Digitized by Google

que et l'église universelle, la grace dont nous avons besoin. Pleins de confiance dans la protection de la bienheureuse Vierge Marie, qui est la voie que le Seigneur a choisie pour descendre sur la terre, dans l'intercession de tous les saints, et en particulier dans celle du bienheureux Pierre, du pape S. Pie, invoqués par nous spécialement dans ces circonstances, nous avons rouvert pour vous et pour vos peuples les trésors de l'église, accordant indulgences plénieres en forme de jubilé, à tous ceux de vos diocésains qui rempliront les conditions marquées ci-après, lesquelles nous ont paru les plus convenables aux calamités actuelles, d'après les grands exemples de ferveur que nous avons vus résulter de cette pratique dans notre ville. Car nous ne pouvons passer sous silence de quelles douces émotions nous étions pénétrés, à la vue du concours immense du peuple dont nos temples étoient inondés, de l'affluence des fideles s'empressant à participer à nos mysteres, de presque toutes les rues de Rome présentant l'aspect de processions, faites non plus d'office, mais de surérogation par les chapitres, les ordres religieux, les colleges, les congrégations, les communautés, les conservatoires s'avançant avec autant d'ordre que de piété à la suite de la croix. Nous ne pouvions ou en entendre le récit ou en être nous mêmes les témoins, sans que des pleurs de joie ne coulassent de nos yeux, et que notre cœur ne conçût la ferme espérance que le Seigneur accorderoit sa protection à tant d'amour, à

Digitized by Google

Quapropter per continuum duarum hebdomadum spatium ab unoquoque vestrûm præfigendum, designentur in suâ cujusque diœcesi tot ecclesiæ, quot concurrentis populi commodo satis esse poterunt, in iisque orationes adhibendæ, quæ præsertim ad pœnitentiam, contritumque cor, ac ad divinam impetrandam misericordiam referantur, adjunctis prætereà precibus ad consequendam sanctissimæ Dei matris, B. Petri, S. Pii V, ac civitatis, seu loci patroni, vel patronorum principalium intercessionem. Atque ut fideles ardentiore animo tunc ad ecclesiam concurrant, iis omnibus, qui saltem tribus vicibus unam ex præfatis ecclesiis visitaverint, ibique ad Deum preces juxtà mentem nostram fuderint, et peccata sua confessi, ac sacrâ communione refecti fuerint in unâ ex iis designandis hebdomadis, et pauperibus aliquam eleemosynam pro suâ cujusque pietate erogaverint, ac feriâ quartâ, sextâ, et sabbatho jejunaverint, plenariam in formâ jubilæi peccatorum indulgentiam concedimus, et impertimur.

Moniales verò, aliique in aliquâ communitate degentes, cùm præscriptas a vobis recitaverint preces in loco, in quem ad orandum convenire solent, cæteraque præstiterint opera pro suâ cujusque facultate, eamdem lucrari poterunt indulgentiam, ac si unam ex dictis ecclesias ter visitaverint.

Digitized by Google

une piété aussi tendre, à un zele aussi religieux.

En conséquence, durant l'espace de deux semaines successives, à commencer du jour que vous jugerez à propos, il sera désigné dans chaque diocese autant d'églises que le concours du peuple en indiquera le besoin, pour y faire des prieres dont l'objet spécial soit d'obtenir le don de la pénitence, celui de la vraie contrition, et la miséricorde divine, en y joignant des prieres à la sainte Vierge, mere de Dieu, à S. Pierre, à saint Pie, au patron ou patrons principaux de la ville ou du lieu, pour demander leur intercession auprès de Dieu. Pour animer encore la ferveur et le concours des fideles, nous accordons à tous ceux qui auront visité au moins trois fois une des églises désignées, et là, auront adressé à Dieu leurs prieres, dans les intentions indiquées par nous, qui se seront confessés et auront communié dans le cours d'une des semaines qui seront fixées, qui auront fait quelqu'aumône, selon la piété de chacun, qui auront jeûné le mercredi, vendredi et samedi de cette quinzaine, nous leur accordons l'indulgence et rémission pléniere de leurs péchés, en forme de jubilé.

A l'égard des personnes religieuses de l'un et de l'autre sexe qui sont renfermées dans les monasteres, elles pourront, après avoir récité les prieres ordonnées par nous, dans le lieu où elles se rendent ordinairement pour prier, et rempli les autres obligations relativement à leurs moyens, avoir part à l'indulgence, comme si elles avoient visité trois fois une desdites églises.

Digitized by Google

Id ipsum pariter intendimus de detentis in carceribus, ergastulis, arcibus, aliisque custodiis, eosque sacri hujusce thesauri ad suarum animarum profectum participes fieri volumus.

Similiter qui valetudine aliquâ impediti fuerint, vel aliâ legitimâ causâ, si easdem preces recitaverint, vel alia præstiterint opera, precibus ipsis, ad quarum recitationem impotes erunt, per commutationem arbitrio confessarii substituta, eâdem potiri posse indulgentiâ concedimus.

Demùm ne hoc spirituali beneficio careant, qui pastoritiam artem exercent, cùm ipsi nequeant a suorum gregum custodiâ, nisi breviter, et divisis inter se vicibus discedere, eisdem etiam consulere volentes, permutamus ipsis designatas ecclesias in unius ecclesiæ propinquioris visitationem, ab unoquoque semel faciendam, ut ita, si sua peccata confessi, sanctissimæ eucharistiæ sacramentum devotè susceperint, præmissam indulgentiam consequi valeant.

Atque hæ ipsæ indulgentiæ per modum suffragii applicari poterunt pro animabus in purgatorio existentibus.

Ad quos effectus faciliùs consequendos, fideles utriusque sexûs, tàm laici, quàm ecclesiastici sæculares et regulares cujuscumque ordinis, congregationis, et instituti eligere sibi poterunt in confessarium quemcumque sacerdotum ex approbatis, tamen respectivè

Digitized by Google

Nous étendons le même bienfait sur tous ceux qui sont détenus dans les prisons, maisons de force et de détention, forteresses ; voulant également qu'ils participent à ce trésor spirituel pour le bien de leurs ames.

Comme aussi, tous ceux qui empêchés par maladie ou autre cause légitime n'auront pu faire autre chose que réciter les susdites prieres, ou remplacer ces mêmes prieres, dans le cas où ils ne sauroient pas les réciter, par d'autres supplémens, au choix de leur confesseur, nous consentons qu'ils jouissent du bienfait de la présente indulgence.

Enfin pour ne pas laisser privés de cette grace spirituelle, ceux qui exercent la condition de bergers, vu l'impossibilité où ils sont de quitter leurs troupeaux, autrement que pour quelques instans, et en se partageant entr'eux les momens de l'absence, nous consentons, par égard pour eux, qu'au lieu de trois églises, ils n'en visitent qu'une seule, celle dont ils sont le plus près, et une seule fois ; par-là, après s'être confessés, et avoir dignement reçu la sainte communion, ils pourront gagner la présente indulgence.

Ces indulgences seront également applicables aux ames du purgatoire.

Pour obtenir plus facilement ces avantages, les fideles de l'un et de l'autre sexe, tant laïques qu'ecclésiastiques, séculiers et réguliers de tous ordres, congrégation et institut, pourront se choisir pour confesseur un prêtre quelconque approuvé, toutefois eu égard à la profession

Digitized by Google

ad dictas personas, iisque confessariis amplam impertimur facultatem absolvendi pro unâ vice in foro conscientiæ a quâcumque sententiâ excommunicationis, suspensionis et interdicti; aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a sacris canonibus, et judicibus quâvis occasione, et causâ latis, seu inflictis; necnon et ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, et delictis, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam locorum ordinariis, sive nobis, et sedi apostolicæ per quascumque nostras, aut romanorum pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiæ, et hâc vice tantùm absolvere, et liberare valeat; reservatis tamen, atque exceptis hæreticis dogmatizantibus, et in delicto complicibus; itemque valeat vota quæcumque (religionis et castitatis exceptis) in alia pia, et salutaria opera commutare; injunctâ tamen eis, et eorum cuilibet in suprà dictis omnibus casibus pœnitentiâ salutari, aliisque pro ejusdem confessarii prudentiâ injungendis. Non intendimus autem per præsentes, sicuti prædecessorum nostrorum nemo in publicatione jubilæi unquàm intendit, super aliquâ irregularitate publicâ, vel occultâ, notâ, defectu, incapacitate, vel inhabilitate quoquomodo contractâ ex defectu dispensasse, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ; neque etiam easdem præsentes iis, qui a nobis,

Digitized by Google

respective, et nous accordons à ces confesseurs tout pouvoir d'absoudre seulement pour une fois dans le for de la conscience, de toute sentence d'excommunication, de suspense et d'interdit, ainsi que de toutes sentences ecclésiastiques, censures et peines décernées par les saints canons, et par jugemens ecclésiastiques, dans quelque circonstance et pour quelque cause que ce soit; leur accordons pouvoir d'absoudre et de délier au for de la conscience, et seulement pour cette fois, de tous péchés, excès, crimes et délits, tant énormes soient-ils, réservés sous quelque clause que ce soit, soit aux ordinaires des lieux, soit à nous et au siege apostolique, par nos constitutions ou par celles des pontifes romains nos prédécesseurs, dont nous voulons que la teneur soit censée exprimée dans ces présentes, en exceptant néanmoins, et nous réservant le crime d'hérésie, soit dans la profession, soit dans le fait de complicité; avec pouvoir de commuer les vœux quelconques, (à l'exception de ceux de religion et de chasteté), en d'autres œuvres de piété et moyens de salut, sauf toutefois la pénitence salutaire à enjoindre à chacun des coupables pour tous les cas mentionnés ci-dessus, et les autres moyens de satisfaction que le confesseur avisera selon sa prudence. Notre intention, au reste, dans ces présentes, non plus que celle de nos prédécesseurs, dans aucune publication de jubilé, n'est point de dispenser des irrégularités publiques ou occultes, encourues par délit, par défaut, incapacité ou inhabileté de quelque

Digitized by Google

vel ab aliquo prælato, seu judice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti fuerint, nisi intrà ejusdem jubilæi tempus satisfecerint, et cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Ad præscripta opera, quæ pro lucrandâ indulgentiâ fieri postulamus, adjungimus adhùc hortationem nostram, ut unusquisque fidelium aliquid boni ex suæ pietatis, ac virtutis arbitrio conferat. Et si in aliquâ diœcesi religiosorum ordines qui ibidem existant, canonicorum collegia, conservatoria, etc. conjunctim singula procedent ad ecclesiam, prout hîc Romæ ad plurimam populi ædificationem factum esse cognovimus, ut per viam in eundo, redeundoque recitent litanias sanctorum, implorentque patronorum opem non sine aliis precibus ad pœnitentiam spectantibus, iisdem suggeretis; atque id circò priùs ipsis in memoriam revocari curabitis quod S. Innocentius I. scripserat ad episcopos Aurelium et Augustinum: *nostris communibus, et alternis plus agimus orationibus, quàm singularibus aut privatis.*

Illud postremò unicuique vestrûm adjungere debemus, ut elapso jubilæi tempore, ne item elapsum esse precationum ad Deum tem-

Digitized by Google

espece soit-elle, résultant de défaut, ni d'accorder à cet égard aucun droit de dispenser, ou de réhabiliter, et de remettre dans l'ancien état, même par rapport à la conscience; ni que les présentes puissent ou doivent servir en rien à ceux qui auroient été nommément excommuniés, frappés de suspense ou d'interdit, soit par nous, soit par quelque prélat, ou juge ecclésiastique, à moins d'une satisfaction faite par eux dans l'intervalle du jubilé, et de s'être accordés avec les parties intéressées.

En outre des obligations marquées ci-dessus, lesquelles il faudra remplir pour gagner l'indulgence, nous exhortons les fideles à ajouter quelque bonne œuvre, conformément à la piété et aux moyens de chacun d'eux. Et dans les dioceses où les ordres religieux, les chapitres, les conservatoires, etc. se réuniront pour faire ensemble leurs processions, comme cela s'est fait à Rome avec la plus touchante édification, vous les engagerez à réciter, soit en allant, soit au retour, les litanies des Saints, pour invoquer les secours de leurs saints patrons, avec d'autres prieres propres à les animer à la pénitence; et dans cette vue, vous aurez soin de leur rappeller préalablement ce qu'écrivoit le pape S. Innocent I. aux évêques Aurele et Augustin : « nous faisons mieux en priant tous ensemble, et nous répondant les uns les autres dans nos prieres, qu'en nous isolant et en concentrant nos voix ».

Nous finirons en recommandant à chacun de vous de ne pas croire que le terme du jubilé doive être aussi le terme de nos prieres;

Digitized by Google

pus existimetur, propterea quæ præcipuam in eo ponendam esse sollicitudinem vestram ad populum in peculiari divino cultu, ac pietatis exercitatione diù multùmque retinendum. Idcircò ab ejusdem conspectu, ac etiam cogitatione per integrum proximum annum omnia removenda, nostrâ autoritate, sunt profanæ hilaritatis spectacula, theatrorum nempè, ac bacchanaliorum, quemadmodùm jàm hîc nos Romæ faciendum præcepimus.

Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus : quibus omnibus, et singuli, etiamsi de illis, eorum totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servatâ habentes, hâc vice specialiter, nominatim, et expressè ad effectum præmissorum derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiasticâ constitutæ munitis, eadem prorsùs fides habeatur, quæ haberetur iisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Demùm apostolicam benedictionem fraternitatibus vestris peramanter impertimur.

Digitized by Google

et c'est pour cela que vous devez particuliérement insister auprès des peuples sur la nécessité de persévérer constamment dans le service divin et l'exercice de la piété. Ainsi pour que rien ne puisse distraire leurs regards ou leur pensée, nous ordonnons que tous les spectacles profanes, théatres, fêtes de carnaval, n'aient point lieu durant toute l'année prochaine, dans l'étendue de vos dioceses, comme nous l'avons déja ordonné pour Rome.

Et seront les présentes exécutées, nonobstant toutes ordonnances contraires, auxquelles tant en général qu'en particulier, nous dérogeons, n'exceptant pas même de cette dérogation celles qui demanderoient une mention spéciale pour toute leur étendue, précise, expresse, individuelle, littérale, et non pas seulement rappellée par des clauses générales présentant le même sens, ou qui seroient exprimées dans quelqu'autre forme que ce soit; sera la teneur d'icelles regardée comme suffisamment exprimée, et la forme prescrite par elles, comme exactement observée; nous y dérogeons pour cette fois, d'une maniere spéciale, nominative, expresse, à l'effet exprimé ci-dessus, ainsi qu'à toutes autres ordonnances contraires, quelles qu'elles puissent être. Voulons que chacune des copies ou exemplaires imprimés des présentes, s'il est souscrit par un notaire public et muni du cachet d'une personne constituée en dignité ecclésiastique, obtienne absolument la même créance que le texte même de ces présentes montrées en original. Nous ter-

Digitized by Google

Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, die XXIV novembris MDCCXCII, pontificatûs nostri anno XVIII.

R. Card. Braschius de Honestis.

Declaratio et prorogatio facultatum concessarum a SS. D. N. Archiepiscopis, episcopis, ac diœcesium administratoribus regni Galliarum

PIUS PAPA VI.

Perpensis circumstantiis regni Galliarum, quæ deteriores fiant, perpensâque fugâ et absentiâ tàm archiepiscoporum, episcoporum, vicariorum, aliorumque diœcesium administratorum, quàm ecclesiasticorum singularum diœcesium, cùm videat planèque cognoscat SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER, irritum et inanem evasurum usum facultatum absolvendi ecclesiasticos juratos et intrusos, concessarum jàm dictis archiepiscopis, episcopis, et ecclesiarum administratoribus duplici indulto diei 19 martii, et diei 13 junii hujusmet *anni* 1792, nisi aliqua moderatio abhibeatur *legi* priori indulto appositæ de non adhibendis hujusmodi facultatibus *extrà fines suæ diœcesis, nèque in locis dominio regis christianissimi non subjectis*; in vim præsentis indulti tribuit, conceditque prædictis archiepiscopis, episcopis, et diœcesium administratoribus auc-

Digitized by Google

minons en vous donnant affectueusement notre bénédiction apostolique.

Donné à Rome, à S. Pierre, sous l'anneau du pêcheur; 24 novembre 1792, la 18°. année de notre pontificat.

Le Cardinal BRASCHI ONESTI.

Déclaration faite par sa sainteté, avec prorogation de pouvoirs. Aux archevêques; évêques et administrateurs des dioceses du royaume de France

PIE VI.

Sa sainteté considérant que l'état des choses en France ne fait qu'empirer, que la fuite et la dispersion tant des archevêques et évêques, des vicaires généraux et autres administrateurs des dioceses, que de tous prêtres fideles hors de leurs dioceses respectifs, rendroit notoirement inutile et absolument nul l'exercice des pouvoirs d'absoudre les ecclésiastiques jureurs et les intrus, accordés par elle auxdits archevêques, évêques et administrateurs des diverses églises de France, dans ses deux indults du 19 mars et du 13 juin de la présente année 1792, à moins d'apporter quelque modification à la clause de rigueur insérée dans le premier, laquelle défendoit d'exercer les susdits pouvoirs hors des limites du diocese, et ailleurs que dans les contrèes soumises à l'obéissance du roi très-chrétien; ce considéré, sa sainteté, par le pré-

Digitized by Google

toritatem absolvendi, aut per se ipsos, aut per alios ab ipsis delegandos, singulos ecclesiasticos diœcesanos juratos, quamvis commorantes in alienis diœcesibus, etiam ditioni christianissimi regis non subjectis. Vult autem sanctitas sua, ut, in absolutionibus concedendis, serventur conditiones appositæ in dictis indultis; prætereàque vult, ut delegatio fiat in unum ex confessariis approbatis ab ordinario loci in quo commorantur ii, qui pœnitentiâ ducti absolutionem exposcunt. Quemadmodùm verò facultas hujusmodi absolvendi ecclesiasticos juratos et intrusos, unà cum aliis facultatibus, quæ dictis archiepiscopis, episcopis, et administratoribus per memorata et alia pontificia indulta ad annum concessæ fuerunt, paulò seriùs aut paulò ocyùs finem sint habituræ, ita eadem sanctitas sua in vim præsentis indulti facultatem, de quâ agitur, et alias etiam facultates prioribus indultis comprehensas concedit, et prorogat ad annum, a die expirationis cujus libet indulti respectivè incipiendum, si tamdiù horum temporum calamitas perduraverit.

Datum ex ædibus Vaticanis die X decembris MDCCXCII.

F. X. Cardinalis de Zelada.

Digitized by Google

sent indult, accorde et donne auxdits archevêques, évêques et administrateurs des dioceses, tout droit d'absoudre ou par eux-mêmes ou par leurs délégués, tous les ecclésiastiques de leur diocese qui ont prêté serment à la constitution civile du clergé, bien que résidans en d'autres dioceses, et dans des pays qui ne soient point sous la dépendance du roi très-chrétien. Veut au surplus sa sainteté, que dans les absolutions à accorder, l'on se soumette aux conditions prescrites par les deux brefs relatés ci-dessus : ordonne en outre que l'office de délégué ne puisse être attribué qu'à des confesseurs approuvés par l'ordinaire du lieu où résident ceux qu'un esprit de pénitence amene à leurs pieds pour en obtenir l'absolution. Et comme ledit pouvoir d'absoudre les ecclésiastiques jureurs et intrus, ainsi que les autres facultés accordées aux mêmes archevêques, évêques et administrateurs par les indults mentionnés ici, ou par d'autres concessions du souverain pontife, seulement pour un an, sont tous plus ou moins sur le point d'expirer, sa sainteté renouvelle par les présentes, le pouvoir spécial dont il s'agit ici, et les autres facultés qu'elle avoit attribuées par les précédens indults, et les proroge pour une année, à compter du jour de l'expiration de chacun desdits indults en particulier, si les malheurs qui affligent l'église de France durent tout ce temps.

Donné au Vatican le 10 de décembre 1792.

F. X. Cardinal de ZÉLADA.

Digitized by Google

Epistola encyclica, quâ generalis norma, per omnem statum Pontificium edicitur observanda, relatè ad ecclesiasticos Gallos, tàm sœculares, quàm regulares, qui eò emigrarunt (*).

Exiis, quæ de hospitalitate ecclesiasticis Galliæ exulibus a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO indultâ sæpiùs a me ad N. N. præscribenda fuerunt, satis perspexerit jàm, eumdem SANCTISSIMUM DOMINUM eo ipso tempore, quo archiepiscoporum, episcoporum et regularium, aliorumque in Pontificio statu piorum locorum ardenti in re tàm gravi studio, atque amore mirificè delectabatur, nunquàm prætermisisse omninò, in conditionem moresque eorum exulum quàm solertissimè inquirere, ut nempè à sanctuario, quidquid pravi irrepere posset, arceretur, et eorum, qui victum illis receptumque amanter præbent, providere tranquillitati, quàm fieri poterat aptissimè, ac demùm necessariam habere rationem justæ distributionis onerum, quæ incumbere non sineret dilectis subditis suis, nisi gravioribus religionis causis inductus ad id fuisset.

Nihilò tamen minùs, cùm rectus ordo con-

(*) Hanc etiam ex italico in latinum idioma transtulit I. A. Z. SS. theolog. et J. U. doctor, natus in diœcesi Tridentinâ.

sentientem

Lettre circulaire en forme de réglement général à observer dans tout l'état de l'église, concernant les ecclésiastiques français, tant séculiers que réguliers, qui sont venus s'y refugier.

Les rapports que j'ai souvent eu l'occasion de vous faire relativement aux secours procurés par sa sainteté aux ecclésiastiques français refugiés dans ses états, ne vous ont pas laissé ignorer, qu'en même-temps qu'elle applaudissoit avec la plus vive satisfaction au zele ardent et affectueux des archevêques, des évêques, des communautés régulieres et autres établissemens pieux, à seconder ses intentions bienfaisantes dans un sujet aussi grave, elle n'a pas négligé un seul moment de surveiller avec la plus scrupuleuse attention, l'état et la conduite des refugiés, pour éloigner du sanctuaire tout ce qui auroit pu s'y glisser d'impur, assurer de la maniere la plus efficace la tranquillité de ceux qui leur accordent généreusement les bienfaits de l'hospitalité, enfin établir une juste proportion dans le partage des charges dont elle n'auroit pas laissé le poids à ses chers sujets, si elle n'y eût été sollicitée par les intérêts plus puissans encore de la religion.

L'ordre et la regle voulant dans les moyens d'exécution, un plan analogue à la sagesse de l'entreprise, l'intention de sa sainteté est, que les divers réglemens particuliers soient

Digitized by Google

sentientem poscat suscepti consilii rationem, voluntas est SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI, ut quæ singulâ circumspectè agenda sunt, ea in unam conjungantur generalem normam, in quâ archiepiscopi et episcopi in suâ quique diœcesi, dein regulares quoque totum id, quod ad curandos ab iisdem, regendosque novos hospites pertinet, haberent propositum.

Eum igitur in finem ordinat SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER :

1°. Ut quâvis in diœcesi accurata conficiatur, atque ad hoc secretarii statûs tabularium mittatur descriptio omnium ecclesiasticorum Galliæ exulum, qui in eâ degunt, tàm sæcularium, quàm regularium, expresso singulorum proprio nomine, cognomine, patriâ, ætate, conditione, adjectâ pro ecclesiasticis sæcularibus diœcesi, ad quam in Galliis pertinent, et ubi obierant ministerium suum : pro regularibus indicato instituto, quod professi sunt, provinciâ, cui erant adscripti, ac religiosâ domo, de cujus familiâ extiterant : de utrisque verò significetur locus, monasterium, aut conventus, in quo nunc versantur, secundùm formam encyclicis hisce litteris adjacentem. Eâdem descriptionis occasione conferenda sunt documenta cujusque, et litteræ commeatûs, quibuscumque ad diœcesin, in quâ nunc sunt, pervenere, in cancellariâ episcopi sunt asservandæ.

2°. Ut omnes ecclesiastici, tàm sæculares quàm regulares qui ex Galliis emigrarunt, quandò ingressuri sunt diversorium sibi assignatum, aut eo jam occupato, post promul-

Digitized by Google

réunis dans une même instruction générale, où les archevêques et évêques, chacun pour leurs dioceses, et ensuite les réguliers trouvent tout ce qui concernera la conduite qu'ils auront à tenir à l'égard de leurs nouveaux hôtes.

C'est dans cette vue que sa sainteté a arrêté les articles qui suivent :

1°. Il sera dressé dans chaque diocese un tableau exact, lequel sera de suite envoyé au greffe du secrétaire d'état, de tous les ecclésiastiques français, tant séculiers que réguliers qui y sont refugiés, en les désignant par leurs nom propre, surnom, lieu de naissance, âge, les fonctions qu'ils remplissoient, ajoutant pour les séculiers le nom du diocese français dans lequel ils étoient employés, et pour les réguliers, l'ordre auquel ils appartiennent, la province dont ils dépendent, la maison religieuse dont ils sont membres, indiquant pour les uns comme pour les autres, le lieu, le monastere ou le couvent où chacun d'eux réside actuellement, et cela, dans la force ci-jointe. Par suite, il sera fait mention des renseignemens relatifs à chacun, et des passe-ports au moyen desquels ils sont arrivés dans tel diocese, lesquels seront déposés dans la chancellerie de l'évêché.

2°. Tous ecclésiastiques français refugiés, tant séculiers que réguliers, avant d'entrer dans la maison qui leur aura été assignée, ou après y être entrés, seront tenus immé-

Digitized by Google

gatam hanc encyclicam epistolam, teneantur edere consuetum juramentum cum professione fidei a Pio IV præscriptâ, ac prætereà jurare, manûsque suæ subscriptione confirmare formularium Alexandri VII. huc transcriptum commoditatis gratiâ : *Ego N. constitutioni apostolicæ Innocentii X. datæ* 31 *maii* 1653, *et constitutioni Alexandri VII. datæ* 16 *octobris* 1656 *summorum pontificum me subjicio, et quinque propositiones ex Cornelii Jansenii libro, cui nomen* AUGUSTINUS *excerptas, et in sensu ab eodem autore intento, prout illas per dictas constitutiones sedes apostolica damnavit, sincero animo rejicio, ac damno, et ita juro. Sic me Deus, etc.* (*). Qui idem mos in multis Gal-

(*) On a blâmé le pape à propos de cette formule imposée aux ecclésiastiques réfugiés. Quand le Sauveur sur la terre interrogea Simon : *Simon Pierre m'aimes-tu?* l'apôtre s'empressa de répondre : oui, *Seigneur, je vous aime*, et encore : *vous savez bien que je vous aime* : il ne lui demanda point à son tour pourquoi ces questions, et cette soupçonneuse impertunité? Où les prêtres du Dieu vivant qui s'appelle un *Dieu jaloux*, adhérent à tous les points de la doctrine catholique, et alors pourquoi ne pas les souscrire? Où bien, s'ils ont leurs réserves, pourquoi trouver mauvais que le pape ait aussi les siennes? Existera-t-il donc toujours de ces hommes pour qui l'expérience et l'infortune même n'ont que de stériles leçons? Et comment pardonner à des principes dont les conséquences sont aussi désastreuses qu'elles étoient inévitables? Ah! puisque l'orgueil et l'entêtement sont de toutes les maladies humaines les plus incurables, celles qui se trouvent adhérentes souvent aux constitutions les plus robustes, pourquoi le médecin spirituel n'employeroit-il pas tous les remedes qu'il croit efficaces, où pour éprouver celui qui peut en être atteint, où pour empêcher que la contagion ne se com-

Digitized by Google

diatement après la promulgation de la présente, de prêter serment dans la forme de la

---

munique au troupeau. L'oracle de l'Occident, ce saint Léon, dont notre Pie VI nous rappelle les vertus, écrivoit à Septimius et à l'évêque d'Aquilée pour justifier de semblables ordonnances : « c'est une précaution des » plus salutaires, indispensable même, toute sévere » qu'elle paroisse, d'obliger tous les ecclésiastiques » quel qu'ils soient, revenus de certaines erreurs, de » condamner sans détour, sans équivoque, et ces mê- » mes erreurs, et ceux qui les avoient autrefois intro- » duites, afin que le retranchement absolu de tout sens » abusif ne laisse à l'erreur aucune espérance de flétrir » par l'insinuation de ses principes les membres sains » de l'église, lorsque la confession de foi aura assuré » par-tout l'uniformité de créance. Qu'ils n'hésitent » donc pas de condamner par une déclaration franche, » précise, les auteurs de ces opinions erronées, qu'ils » détestent tout ce que l'église universelle abhorre dans » cette doctrine, qu'ils expriment par des témoignages » explicites, publics, complets et souscrits de leur propre » main, en termes qui ne laissent rien d'obscur ni d'é- » quivoque, leur adhésion sincere, et leur approbation » formelle aux constitutions synodales, rendues pour » l'extirpation de l'hérésie, et confirmées par l'auto- » rité du siege apostolique ». Nous connoissons tous leurs droits à la reconnoissance, au respect des vrais amis de la religion, pour leur zele à la défendre au prix même de leur sang : mais ô Marcel ! Marcel ! nous écrierons-nous avec S. Basile, si tu as donné plus d'une victoire à la vérité, il te reste encore plus d'un combat à soutenir contre l'erreur. La vérité attend de toi la plus noble des conquêtes. Car, ajoute S. Cyprien, celui qui rompt l'unité, en ne pensant point comme l'église, celui-là mourroit pour le nom de J. C., qu'il ne seroit point admis à la paix. Nec si occisi pro nomine Christi foris fuerint, admitti secundùm apostolum possunt ad ecclesiæ pacem, quandò nec Spiritûs, nec ecclesiæ tenuerunt unitatem. (Ep. ad Anton. 51, in fine.) (*Note de l'éditeur.*)

Digitized by Google

liæ diœcesibus invaluit, viguitque adhuc; estque hæc mens SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI, ut istiusmodi actus, peragatur coràm ordinario cujusque diœceseos, aut coràm vicario generali, aliove viro ecclesiastico cujus exploratà doctrina est, quem ordinarii vice suâ ad id delegare poterunt.

3°. Ut ne cui horum exulum ex diœcesi sibi assignatâ, absque expressâ ordinarii facultate, exire liceat : neque quisquam Romam venire possit, sine litteris commeatûs ab hoc secretarii statûs officio impetrandis per ordinarium, sub quo degit. Huic ipsi verò SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER impertit potestatem relaxandi, atque in alia pia opera commutandi votum visitandi sacra limina. Quod si quis in alterutro ex his, quæ modò vetita sunt, contrà fecerit, censeatur pro omni tempore renunciasse cuivis in statu pontificio receptui; ex quo proin au-

Digitized by Google

profession de foi prescrite par le pape Pie IV, en outre de jurer, et de-signer le formulaire ordonné par le pape Alexandre VII, selon la teneur transcrite ici pour plus de commodité : *Je N. me soumets à la constitution apostolique du pape Innocent X, publiée le* 31 *mai* 1653, *et à celle du pape Alexandre VII du* 16 *octobre* 1656 ; *je rejette et condamne sincérement les cinq propositions extraites du livre de Corneille Jansénius, intitulé : Augustinus, dans le sens de l'auteur dudit ouvrage, lesquelles ont été condamnées par le siege apostolique, dans ses constitutions rapportées ci-dessus, et je jure ainsi. Que Dieu, etc.* Conformément à la coutume établie et observée jusqu'ici dans plusieurs dioceses de France. Veut sa sainteté, que cette prestation de serment se fasse devant l'ordinaire du diocese, ou en présence d'un vicaire-général, ou de tel autre ecclésiastique d'une doctrine reconnue, qu'il lui plaira déléguer à ce sujet.

3°. Il ne sera permis à aucun des refugiés de sortir du diocese qui lui aura été assigné, sans une permission expresse de l'ordinaire. Aucun ne viendra à Rome sans passe-port, lequel ne sera concedé par le secrétaire d'état, que sur la demande de l'ordinaire du lieu où réside l'ecclésiastique. Sa sainteté permet audit ordinaire de relâcher et de commuer en d'autres œuvres pies, le vœu de visiter les saints lieux. Ceux qui contreviendroient à l'un de ces deux points seront censés avoir renoncé par cela même et pour toujours

Digitized by Google

ferre se compelletur. Immoderatus atque impatiens impetus, quo nonnulli ad urbem metropolim accurrerunt, generalem hanc pro omnibus extorquet legem; neque vir sapiens eamdem, aut rigidam nimis, aut intempestivam existimabit.

4°. Si quis eorum profectus sit, aut ex diœcesi in quâ fuerat receptus, pedem extulerit, ejus ordinarius celeriter id ad secretarium statûs referat. Quod ipsum observetur, si quis oppetierit mortem. Quamobrem expediet, ut isti exules quovis bimestri, ordinario, ejusve generali vicario, aut si longior distantia incommodum pariât, viciniori vicario foraneo se sistant.

5°. Ut similiter compareat quivis, pro edendo specimine cæremoniarum missæ, coràm viro ecclesiastico ad id designato per ordinarium. Quæ quidem cautiones, cùm ab augustissimo mysterio profanationis periculum removeant, profectò nemini bono molestæ videbuntur.

6°. Ut ad tempus quod attinet, reficiendi corpus, domumque redeundi vesperi, adstrictos se norint ad horas, aliasque ordinis rationes ejus monasterii vel conventûs, in quo commorantur, pro frequentando diurno choro, et aliis, quibus ecclesia eget, exhibendis servitiis: cùm SANCTISSIMUS DOMINUS eum in finem concesserit ipsis facultates accommodandi se in di-

Digitized by Google

à tout droit d'asyle dans les états de l'église; et tenus en conséquence de s'en éloigner. L'indiscrete précipitation avec laquelle on en a vu plusieurs accourir vers la capitale, nécessite cette mesure générale; et il n'y a pas un sage qui puisse y voir excès de sévérité ou de précaution.

4°. S'il arrivoit que quelqu'un d'eux vint à se retirer, ou s'éloignât du diocese où il aura été reçu, l'ordinaire en fera sur-le-champ son rapport au secrétaire d'état. De même pour les cas de mort. D'après ces dispositions, il sera bon que les prêtres étrangers se présentent tous les deux mois devant l'ordinaire ou l'un de ses vicaires-généraux, ou au vicaire-général forain, le plus voisin du lieu de leur domicile.

5°. Ils auront de même à se présenter, pour subir l'épreuve de la maniere dont ils célébrent la messe, devant un ecclésiastique désigné pour cet office par l'ordinaire. Ces précautions ayant pour but de prévenir les irrévérences auxquelles est exposé le plus auguste de nos mysteres, ne sauroient paroître minutieuses à aucun bon prêtre.

6°. Ils seront tenus de se conformer pour l'heure du repas et de la rentrée à la fin du jour, aux heures et à la regle du monastere ou couvent où ils résident : ainsi que pour l'assistance aux offices de jour et aux autres fonctions nécessaires au service de l'église; sa sainteté leur accordant la permission de suivre la liturgie et la rubrique du lieu où

Digitized by Google

vino officio recitando ei loco, in quo degunt, ejusdemque directorio in celebrandis missis.

7°. Etsi satis cognita sit regularium charitas, quâ ecclesiasticos exules acceperint adhuc, habuerintque; tamen episcopi non cessent ullo modo, hosce illis quâvis datâ opportunitate commendare, et instare hortatibus, ut laudabile opus in posterum prosequantur, neque id regulares tantùm, sed alii quoque omnes tàm ecclesiastici, quàm sæculares.

8°. Ut presbyteris exulibus missarum stipendia faciliùs comparentur, valeant eorum ordinarii attribuere iisdem ad celebrandum ea, quæ tempore visitationis adhuc retardata imvenerint aut inventuri sunt : dein et permittere, ut quibus, ob ingentem numerum, in ecclesiis vel altaribus a fundatore aut benefactore designatis, satisfieri cunctis haud posset, ea ab iis sacerdotibus expleantur in ecclesiâ monasterii in quo vivunt; cùm SANCTISSIMUS DOMINUS eo consilio concesserit, ut privilegia et indulgentiæ designatis ecclesiis vel altaribus annexæ prorogentur ad ecclesias et altaria, in quibus ii presbyteri ex tali ordinariorum dispositione istius modi missas celebrabunt.

9°. Ut episcopi earum diœcesium, in quibus nulla suppetit, aut exigua ratio colligendi pro exulibus presbyteris eleemosynas missarum, convenire queant aliarum episcopos diœcesium, quæ iisdem abundant, sacram etiam Lauretanam domum, aliaque loca sancta, quæ

Digitized by Google

ils résident, tant pour la récitation du saint office, que pour la célébration des messes.

7°. Quoique les religieux aient fait assez connoître l'ardeur de leur charité par le zele avec lequel ils ont accueilli et entretenu les ecclésiastiques depuis leur exil, les évêques n'en saisiront pas moins toutes les occasions qu'ils rencontreront de les leur recommander, et insisteront, soit auprès des réguliers, soit auprès de toutes les classes d'ecclésiastiques et de séculiers, pour les engager à ne point se relâcher dans l'exercice des œuvres de la charité.

8°. Pour faciliter aux prêtres émigrés la perception des honoraires des messes, les ordinaires pourront leur attribuer celles que dans le cours de leurs visites ils auroient trouvé ou pourroient trouver en retard, et permettre que celles dont le grand nombre empêchera qu'elles ne soient acquittées dans les églises et sur les autels désignés par le fondateur ou bienfaiteur, le soient par les mêmes prêtres dans l'église du monastere où ils restent; sa sainteté voulant bien que les privileges et indulgences annexées à telles églises, telles chapelles, soient étendus sur les églises et autels où ils célébreront le saint sacrifice, selon qu'il en aura été disposé par l'ordinaire.

9°. Les évêques des dioceses où les rétributions des messes seront nulles ou d'une bien foible ressource, pourront s'aboucher avec ceux des dioceses voisins où elles sont plus fortes, même à Notre-Dame de Lorrette, et aux autres saints lieux situés dans l'état de

Digitized by Google

in Pontificio statu sunt, a quibus si talia subsidia conferantur in diœceses, quæ illis egent, gratum id SANCTISSIMO PATRI accidet. Ac si ne his quidem conatibus effici poterit, ut istiusmodi eleemosinæ pro dictis presbyteris obtineantur, convertere se valeant episcopi ad secretarios congregationum visitationis apostolicæ, et fabricæ S. Petri, qui hâc ipsâ de re, nomine SANCTITATIS SUÆ, ut par est, certiores jàm redduntur.

10°. Ut in domibus religiosis, in quibus vi instituti, aut per constitutionem apostolicâm, ne exteris quidem, qui ibi morantur, carnes apponi ad corporis refectionem possunt, liceat episcopis impertire facultatem, eas pro victu subministrandi ecclesiasticis sæcularibus, qui ex Galliis eò commigrarunt.

11°. Liberum sit ordinario, pro suâ prudentiâ, definire modum, quo applicatio missarum, quæ fient ab illis presbyteris, conciliari queat et cum ipsorum pro vestitu, rebusque aliis indigentiâ, et cum statu monasterii aut conventûs, a quo recepti sunt. Ipse pariter ordinarius dispiciat, quibus maximè rationibus eosdem ad utilitates suæ ipsius diœceseos possit convertere.

12°. Nullus omninò, etsi *in sacris* constitutus jàm sit, ad ulteriores ordines promoveatur absque testimonio proprii episcopi, et expressâ licentiâ SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI per hanc secretariam statûs impetrandâ. Quâ ipsâ viâ obtineri poterit, ut si nullæ penitùs exhiberi queant litteræ testimoniales, quod contingere aliquandò potest, SANCTITAS SUAS

Digitized by Google

l'église : sa sainteté verra avec plaisir l'excédent de ces ressources refluer sur les dioceses où elles manquent. Et si tous ces efforts étoient encore insuffisans pour les besoins des prêtres, les évêques pourrront s'adresser aux secrétaires des congrégations de la visitation apostolique et de la fabrique de S. Pierre, qui ont déja reçu à ce sujet les instructions nécessaires de par sa sainteté.

10°. Dans les maisons religieuses où l'austérité de l'institut, ou bien une constitution apostolique défend de manger gras, même aux étrangers qui y séjournent, les évêques pourront accorder la permission d'en servir aux ecclésiastiques français séculiers qui y sont refugiés.

11°. L'ordinaire sera libre de déterminer dans sa sagesse la maniere dont l'application des messes à acquitter par ces prêtres, pourra se concerter avec les dépenses nécessaires, tant à leurs habillemens qu'à leur entretien, avec l'état du monastere ou couvent où ils demeurent. L'ordinaire avisera de même aux moyens de les employer utilement au service de son diocese.

12°. Aucun des ecclésiastiques français, même engagé dans les saints ordres, ne pourra être promu à des ordres supérieurs sans le témoignage de son propre évêque, et sans une permission expresse de sa sainteté, qui la fera expédier par le secrétariat d'état, à qui il faudra s'adresser aussi dans le cas où, ce qui ne seroit pas impossible, on ne pût se

Digitized by Google

eum defectum convenienter suppleat. Atque hæc etiam de clericis intelligenda sunt, qui sacris initiari primùm avent.

13°. Ut si confessarii desint linguæ periti, episcopus concedere valeat, ut alter alteri confiteatur, delectis iis, quibus maximè confidi posse videbitur; qui tamen idoneos esse se, examine comprobare tenebuntur.

14°. Si in numero ecclesiasticorum Galliæ exulum sæcularium vel regularium, qui perfugium nacti sunt in Pontificio statu, tales invenirentur, qui, extremo infortunio suo, juramentum civicum præstitissent, hi, pro absolutione a censuris ac dispensatione in irregularitate impetrandâ, episcopis aut generalibus vicariis diœcesium, in quibus degunt, se sistant, exponantque, quantoperè ipsos commissi pœniteat, utque id re comprobent, tria conficiant formalis retractationis exemplaria, quorum unum penès cancellariam ecclesiasticam maneat, alterum mittatur ad municipalitatem loci, cui jurejurando suo offensioni fuerunt, testium verò ad partitionem respectivi districtûs, obtestando et hanc et illam, ut ea retractatio inseratur actis, et in publico proponatur. His primùm actis, plenèque observatâ hâc formâ, quæ remitti nullomodo possit, episcopi, aut eorum vicarii generales ad absolutionem a censuris procedere valeant, nempè relatè ad illos ecclesiasticos Galliæ, qui id juramentum ex hu-

Digitized by Google

procurer de ces témoignages, alors sa sainteté veut bien consentir à suppléer à ce défaut par sa pleine autorité. Cet article aura également lieu pour les clercs qui voudront entrer dans les saints ordres.

13°. A défaut de confesseurs qui entendent le français, l'évêque pourra permettre aux prêtres de cette nation de se confesser entr'eux, après avoir choisi parmi eux ceux qu'il croira le plus dignes de la confiance, et leur avoir fait subir un examen *d'idonéité*.

Plurimùm sanè paterno dolori nostro solatium cepimus, cùm perlegissemus retractationem tuam a te subscriptam, atque ad nos transmissam unà cum litteris, die 22 februarii proximè præteriti datis, in quibus clara præbes indicia, te ab erroris semitâ ad matris ecclesiæ gremium rediisse, omnesque accuratè conditiones explesse, quæ in nostris præscribuntur brevibus, atque illo præcipuè diei 13 junii 1792, in quo expressè mandantur ea, quæ intrusi in viam salutis remigrantes exequi debent, antequàm ad percipiendam absolutionis gratiam admittantur; prætereàque animum hunc tuum reipsâ nobis confirmasti, dimissâ nempè curâ S. Petri de *Albigny*, in quâ legitimè fueras institutus. Maximè in hoc nos tuum approbamus consilium, quod publicè constare, latèque per typos diffundi volueris, eam retractationem (*); cùm hunc in

(*) Elle a été publiée tant à part que dans les journaux, (V. Annal. Cathol., ann. 1796, n°. 12.) cette rétractation, où l'auteur, faisant dans sa propre confession l'histoire de tous les suppôts de la révolte et de l'impiété sous le nom d'intrus, de constitutionnels, de

Digitized by Google

A notre cher fils, François-Thérese Panisset

PIE VI.

TRÈS-CHER FILS, salut et bénédiction apostolique.

Notre cœur paternel, livré à la douleur, a éprouvé une bien douce satisfaction, après la lecture de votre rétractation, signée de votre main, que vous nous avez fait passer, accompagnée d'une lettre du 22 février dernier, contenant les témoignages les plus éclatans de votre renoncement à l'erreur, de votre retour au sein de l'église votre mere, et de l'exactitude avec laquelle vous avez rempli toutes les conditions exigées par nous dans nos brefs, et particuliérement dans celui du 13 juin 1792, où nous prescrivons de la maniere la plus précise, le plan de conduite à tenir par les intrus qui rentrent dans la voie du salut, avant d'être admis à la grace de l'absolution. Ces heureuses dispositions de votre part nous ont encore été confirmées par la démission que vous faites de la cure de St. Pierre d'Albigny, dont vous étiez légi-

jureurs, quels qu'ils soient, s'accuse d'avoir été téméraire d'abord, ensuite parjure, bientôt schismatique, intrus enfin, pour devenir bientôt après apostat. Sans doute le premier mérite, le plus heureux, dit S. Cyprien, eût été de ne pas tomber; mais après celui-là, il y en a encore

Digitized by Google

modum par erat gravissima reparari scandala, quæ illata in publicum erant ex tot tamque enormibus delictis, quorum te ipse in eo folio accusare ad majorem pœnitentiæ nunc tuæ declarationem non dubitasti; ut hoc scilicet exemplo alios aut iniquo obstrictos jurejurando, aut intrusos, aut quomodolibet fautores asseclasque hodierni schismatis ad similes ejurandos errores, ad ecclesias, in quarum se curam intruserunt, abdicandas, ac tandem ad revertendum in fidelium cœtum, undè perfidè abscesserant, excitares. Cùm hæc a te sincerè atque ex animo non solùm declarata, sed etiam peracta videamus, libenter ad tuas accedimus sublevandas necessitates, propte-

---

un autre, c'est celui de se relever de sa chûte. (Ep. 54 ad Corn.) C'est donc un honorable trophée pour la religion catholique, que cette déclaration dictée par une conviction intime, par un repentir courageux *d'un cœur véritablement contrit et humilié*, qui mesurant ses obligations par ses erreurs, ne met aucun voile à ses aveux, au risque de paroître n'en avoir pas mis à ses fautes, et voudroit associer l'univers entier à la manifestation de la vérité qui l'éclaire, après l'avoir rendu témoin des scandales qu'il a donnés. Eh! que pouvoit opposer à l'éclat de ce témoignage l'esprit du schisme et de l'hérésie toujours orgueilleux, toujours opiniâtre? que M. Panisset n'avoit pas composé lui-même sa rétractation? Mais ces lettres pastorales, si vraiment constitutionnelles, parce que, de son aveu, elles furent profondément hypocrites, et ces lettres *philosophiques*, où, comme il s'en accuse, la satyre outrageuse, la sanglante ironie, la calomnie même sont versées à grands flots contre un prélat respectable, contre son clergé fidèle et les pasteurs zélés; et ces lâches signatures que sa main apposoit aux encycliques des in-

Digitized by Google

time titulaire. Nous donnons une approbation spéciale au dessein où vous êtes d'assurer, par la voie de l'impression, la publicité la plus étendue à votre rétractation, afin de la mettre à l'abri de tous les doutes. C'étoit là le vrai moyen de réparer les scandales si graves donnés au public, par tant de fautes énormes dont vous avez la franchise de vous accuser vous-même dans cet écrit, pour qu'il ne reste aucun nuage sur la sincérité de votre repentir : voulant, par cet exemple, encourager les autres ecclésiastiques assermentés ou complices et adhérans du schisme actuel, de quelque maniere que ce soit, à renoncer comme vous à de semblables erreurs,

---

trus, cherchez-vous a en affoiblir le témoignage par le prétexte qu'elles ne fussent pas son ouvrage? A-t-on imaginé qu'il fallût dans tout cela séparer la main qui écrivoit, du cœur qui avoit ou dicté ou consenti? Que dit-on encore? que l'aveu de ses fautes est décrédité par leur excès même? C'est-à-dire, que saint Paul n'avoit pas le droit de s'accuser d'avoir été persécuteur, parce qu'il n'avoit pas été innocent du sang d'Etienne lapidé; parce qu'à Damas, et dans les sociétés patriotiques de ces temps-là, il avoit dénoncé les *réfractaires*, et sollicité contre ces *perturbateurs de l'ordre public* et les cachots et les décrets de mort. (Act. apost. IX, 1.) C'est-à-dire, qu'il n'étoit pas permis *à la grace de surabonder, là où il y avoit eu abondance d'iniquités;* et que pour plaire à un certain parti, il eut fallu mettre le comble à tous les attentats de sa carriere constitutionnelle par le crime de la persévérance, étouffer le cri de ses remords, plutôt que d'en éveiller la voix importune dans le cœur de ses complices, et mourir au sein du Démon, plutôt que de vivre aux pieds de la croix de Jésus-Christ, mort pour les péchés du monde.

(*Note de l'éditeur.*)

Digitized by Google

reàque sacerdoti, ad excipiendas fidelium confessiones approbato, a teque ipso eligendo, facultates necessarias ac opportunas concedimus, te ab excommunicatione, ac gravibus a culpis, quarum te ipse reum agnoscis, atque accusas ac doles, absolvendi. Nihilò tamen minùs postquàm eas absolutiones obtinueris, adhuc suspensus remanere debes ab exercitio cujuscumque ordinis, necnon et irregularis, teque non nisi in communione laicâ tantummodò constitutum esse censere. Nobis verò, cùm perspexerimus quàm constanter te geras in tuo sentiendi vivendique proposito, postmodùm statuendum erit, conveniat ne novam indulgere tibi gratiam exercendi aliquem ordinem legitimè anteà a te susceptum. Atque hîc, dilecte fili, prætermittere nos paterna charitas non sinit, ut te etiam atque etiam ex intimo corde hortemur, in eo, in quem regressus es, fidelis vitæ cursu sedulò ac perseveranter insistere, neque illis unquàm aures præbere, qui te summo conantur studio revocare ac retrahere ad perditionis viam, prout certè et hactenùs contendisse, et etiamnùm intrusos Galliæ episcopos contendere non ignoramus. Quod superest, etsi valdè commendemus desiderium tuum ad nos Romam veniendi, ac ad hæc sanctorum apostolorum limina, tamen te omninò ab hoc jucundo itinere dehortamur, et tuæ tàm affectæ valetudinis causâ, et vitæ discriminum, quæ evitare hoc difficillimo ac periculosissimo, ut optimè nosti, tempore non poteris. Deum optimum maximum precamur, ut suâ te gratiâ prout

Digitized by Google

à se démettre des églises qu'ils ont envahies, et enfin, à rentrer dans la communion des fideles, d'où les éloigne une malheureuse séparation. D'après la profession sincere que vous avez faite de ce devoir, et sur-tout d'après votre fidélité à le remplir, nous condescendons volontiers au soulagement de vos besoins, et pour cela, nous accordons à un prêtre approuvé pour entendre les confessions des fideles, et dont vous ferez vous même le choix, les facultés de droit nécessaires, pour vous absoudre de l'excommunication, et des fautes graves dont vous vous reconnoissez coupable, vous accusant et vous repentant de les avoir commises. Après néanmoins l'absolution reçue, vous devez rester encore suspens de l'exercice de tout ordre quelconque, comme étant frappé d'irrégularité, et vous regarder comme réduit uniquement à la communion laïque. Ce sera à nous, d'après l'expérience acquise de votre persévérance dans vos saintes résolutions actuelles, à statuer dans la suite, s'il convient ou non de vous accorder sur de nouveaux titres, la faveur d'exercer quelqu'un des ordres qui vous avoient été conférés auparavant. La charité paternelle nous fait ici un devoir d'insister à vous exhorter, du plus profond de notre cœur, de persévérer constamment dans la carriere où vous avez été ramené, sans jamais prêter l'oreille à ceux dont les coupables efforts tendroient à vous rappeller et vous entraîner de nouveau dans la voie de perdition, comme nous savons que tel a été, et tel est encore le but

Digitized by Google

jàm cœpit, in Jesu Christo per spiritum sanctum prosequatur, foveat et custodiat. Tibique apostolicam benedictionem, per quam illius in te misericordiæ fructus semper uberiores existant, ex animo ac peramanter impertimur.

Datum Romæ, ad Sanctum Petrum, *sub* annulo piscatoris, die primâ junii MDCCXCVI. Pontificatûs nostri anno vigesimo secundo.

BENEDICTUS STAY.

Digitized by Google

des tentatives des évêques intrus de France. Du reste, quoique nous soyons loin de refuser nos éloges au dessein que vous nous témoignez de vous rendre à Rome, pour y visiter les lieux honorés par la présence des saints apôtres, nous vous dissuaderons entiérement de faire ce voyage, tout agréable qu'il puisse vous paroître, tant pour ménager votre santé affoiblie, que pour les embarras et les risques essentiels auxquels il est, comme vous le savez bien, très-difficile d'échapper, dans les temps malheureux où nous sommes. Veuille le Dieu tout-puissant et tout miséricordieux, achever son ouvrage en vous pénétrant, et vous couvrant de la grace vivifiante de son esprit saint! Puisse notre bénédiction apostolique être pour vous le canal des plus abondantes miséricordes de la part du pere céleste; nous vous l'accordons affectueusement et du fond de notre cœur.

Donné à Rome, à Saint-Pierre, sous l'anneau du pêcheur, le 1^er^. juin 1796, la vingt-deuxieme année de notre pontificat.

BENOÎT STAY.

Digitized by Google

APPENDIX,

Digitized by Google

APPENDIX,

SIVE

SUPPLEMENTUM

AD BREVIA

ALIAQUE RESCRIPTA

SUMMI PONTIFICIS PII VI.

Duabus partibus constans.

PARS PRIMA.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA APPENDICIS.

PARS PRIMA.

I. BREVE ad D. Chapt de Rastignac autorem libri cui titulus gallicè : *Questions sur la propriété des biens ecclésiastiques en France.*

II. D. D. de Miramon, de Grand-Champ, de Chassignoles, cæterisque vicariis diœcesis Augustodunensis.

III. Abbatissæ monasterii oppidi Æmiliani. (*Abbaye de filles de sainte Claire à Millau, ou Milhaud, au diocese de Rhodès.*

IV. Math. Brunensium episcopo. (*Brinn en Moravie.*) Ce bref est du 12 avril 1782.

V. Epistola card. de Zelada jussu sanctitatis suæ scripta Nic. Philibertio *in episcopum Arduennarum illegitimè electo.*

VI. Indulgences accordées par sa sainteté pour le temps de la persécution.

PARS SECUNDA.

I. Regi christianissimo Ludovico XVI. *post ejus infelicem a Ceramico Parisiensi discessum mense julio* 1791.

Digitized by Google

II. Autocratrici Russiarum omnium Catharinæ II.

III. Ad Germanorum ac Romanorum imperatori Leopoldo.

IV. Ad Germanorum necnon Romanorum imperatorem Franciscum II.

V. Acta in consistorio secreto *causâ necis illatæ regi Galliarum Christianissimo Ludovico XVI.*

Ideò in scripto, vel sine scripto orthodoxorum preces minimè despicientes apostolicæ sedis antistites non destiterunt prædictis viris diversis temporibus consultissimè scribentes, et tàm rogantes, quàmque regulariter increpantes, necnon per apocrisiarios suos, ut dictum est, pro hoc maximè destinatos præsentialiter admonentes et contestantes, quatenùs proprium emendarent novitatis commentum.

Verba S. Martin. Papæ *in secret. I sui concil.* Tom. VI. concil. pag. 75.

Digitized by Google

N°. I.

Dilecto filio Armando de Chapt (*), doctori Sorbonico, et Arelatensis diœcesis vicario generali

PIUS PAPA VI.

DILECTE FILI, salutem et benedictionem apostolicam.

Quæ pridiè kalendas novembris ad nos datæ

(*) M. l'abbé Chapt de Rastignac, docteur de la maison et société de Sorbonne, vicaire-général du diocese d'Arles, député à l'assemblée des États-généraux en 1789, digne titulaire de l'abbaye gouvernée à sa naissance par S. Mesmin au 6e. siecle, mais plus heureux que lui, parce qu'il lui fut donné à l'âge de près de 80 ans, de couronner les mêmes vertus par la récompense du martyre, mérite une place distinguée parmi les défenseurs de la morale, de la religion et du dogme catholique pour ses écrits contre *le divorce*, son édition et traduction de *la lettre synodale du patriarche Nicolas III à l'empereur Alexis* contre les divisions diocésaines par la puissance séculiere, accompagnée de savantes notes; mais surtout par ses questions sur la *propriété des biens ecclésiastiques*. Quand le clergé dépouillé de ses antiques propriétés ne s'est pas permis la moindre expression qui pût rappeller des souvenirs et des regrets, la postérité doit savoir que l'érudition, unie à l'éloquence, avoit réclamé en faveur de ces biens, patrimoine sacré, dépôt inaliénable, contre lequel le silence des victimes, la tyrannie des oppresseurs, la violence des tourbillons révolutionnaires, et l'action même du temps ne sauroient prescrire. (*Note de l'éditeur.*)

Digitized by Google

a te fuerunt litteræ officii plenæ (*), eas proximis hisce diebus tantùm accepimus unà cum elucubratione tuâ *de proprietate bonorum ecclesiæ* gallicè editâ (**). Dolendum

(*) Epître dédicatoire au pape Pie VI, en tête de l'ouvrage sous ce titre : *Questions sur la propriété des biens fonds ecclésiastiques en France*, 1 vol. in-8°. Paris, Pierres, 1789.

(**) Le savant auteur examine dans son ouvrage les questions suivantes : I°. à qui appartient la propriété des biens fonds ecclésiastiques en France? Et il répond qu'elle appartient aux églises particulieres ; ce qu'il prouve par la distinction des époques diverses où ces biens ont été donnés aux églises respectives, pour l'entretien du culte, des ministres et des pauvres, sans que jamais ils aient pu appartenir à la nation. II°. L'assemblée nationale a-t-elle le droit de juger la question sur la propriété des biens ecclésiastiques? Et la négative est démontrée, 1°. parce qu'elle n'a que le pouvoir législatif, et non le pouvoir judiciaire ; 2°. parce que, pouvant être partie dans cette cause, elle n'a pas le droit d'en être juge ; parce que grand nombre de ses membres ayant intérêt à la cause, sont nécessairement récusables ; 3°. parce que la plupart des mandats impératifs s'opposent à ce qu'elle juge cette question. III°. A qui appartient l'administration des biens ecclésiastiques en France ? Aux ecclésiastiques seuls, répond notre écrivain avec toute l'antiquité et par la voix de tous les monumens ; jamais aux laïques. IV°. Quand la nation seroit en droit d'administrer les biens ecclésiastiques, elle ne pourroit légitimement les employer en tout ou en partie pour le paiement des dettes de l'état, à cause des injustices énormes qui résulteroient de cet emploi. V°. Une bonne politique permettroit-elle à la nation de s'emparer des biens ecclésiastiques pour les besoins de l'état ? L'expérience a résolu pour nous ce problême, si jamais ce dut en être un : et puissent encore ses séveres leçons n'être pas stériles pour les royaumes

Digitized by Google

quàm maximè, ad id venisse sæculi licentiam, ut hujusce generis argumenta non ad ingenii exercitationem, sed ad avertenda imminentia ecclesiæ mala tractanda sint. Deus ineffabili potentiâ suâ mentium tenebras disjiciat, quæ religionem non minùs quàm civilem ordinem florentissimi regni in proximum discrimen adducunt. In hunc finem egregiam te contulisse operam tibi majorem gratulamur in modum; certa enim spes nos tenet, (quùm elucubrationem legere adhuc non licuerit), eâ ratione rem te attigisse, quâ virum decet tùm militiæ ecclesiæ addictum, tùm doctrinâ atque eruditione præstantem, deque honore gallicani cleri studiosissimum. Interim propensam nostram in te voluntatem, gratumque animum, ut de te bene mereamur, quandò occasio idonea id ferat, præsentibus nostris litteris declaramus, donumque apostolicæ benedictionis tibi, dilecte fili, intimo cordis affectu ac peramanter impertimur.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, XVI kalendas aprilis MDCCXC. Pontificatûs nostri anno XVI.

CALLISTUS MARINIUS a latinis epistolis sanctissimi.

---

voisins, ou pour la postérité! Mais l'auteur avoit devancé l'expérience et prouvé qu'un décret d'invasion des biens ecclésiastiques seroit impolitique autant qu'immoral et irréligieux; que la vente en seroit impraticable, et le produit insuffisant et nul; que cette vente, loin de couvrir les besoins de l'état, nécessiteroit un jour, à des contributions nouvelles, et sacrifieroit en pure perte un corps qui a toujours bien mérité de l'état. (*Notes de l'éditeur.*)

Digitized by Google

N°. II.

D. D. de Miramon, de Grand-Champ, de Chassignoles, cœterisque vicariis diœcesis Augustodunensis (*).

ILLUSTRISSIMI DOMINI.

Dici vix potest quanto animi gaudio ac voluptate, me referente, audierit sanctissimus Dominus noster, quales vestri essent obsequii atque ardoris in apostolicam sedem et in religionem sensus, quos vestræ litteræ, die 23 elapsi mensis februarii datæ, præ se ferunt. Meritis ille jàm laudibus affecerat tùm vos, tùm integrum Augustodunense capitulum, in suâ ad archiepiscopos et episcopos Galliarum responsione, in quâ commemoratis ac refutatis principiis civilis constitutionis cleri, non potuit etiam de vestri infelicis episcopi defectione non loqui (**); sed modò nova gaudii facta est accessio, cùm viderit, planèque cognoverit ex responsione ad officiales municipales istius civitatis super juramento per vos datâ, et vestris junctâ litteris, quæ, qualisque sit animorum vestrorum firmitas atque constantia; eò vel magis, quia litteræ vestræ eximium studium præseferunt petendi a sanctitate suâ quid vos facere oporteat, ne ecclesia

(*) V. plus haut, pag. 117 de ce volume.
(**) V. le 1er. vol. de cette collect., pag. 248 et suiv.

Digitized by Google

ista suo legitimo pastore careat, verentes quàm maximè, ne vicariæ vestræ facultates perindè haberi debeant, ac si revocatæ fuissent, eò quòd episcopus vester sese apud regem ab ecclesiâ suâ abdicaverit, et eò quòd suæ jurisdictionis exercitium arbitrio novi electi permiserit. Hi enim actus, tametsi suâpte naturâ irriti, ut potè quibus deest autoritas summi pontificis, satis tamen esse posse videntur ad tacitam quamdam inducendam revocationem earum facultatum, quibus hactenùs usi estis, ex sententiâ theologorum et canonistarum Parisiensium, quos exquisivistis.

Hinc sanctissimus Dominus noster, maturè perpensis iis, quæ a vobis postulantur ac proponuntur, me jussit significare vobis, meritò quidem dubitari posse, quin vestræ vicariæ facultates cessaverint. Episcopatûs enim renunciatio, quam apud regem christianissimum factam fuisse dicitis ab episcopo vestro, irrita quidem et vana est apud ecclesiam, propterea quod caret consensu atque autoritate summi pontificis, qui solus ac legitimus superior est; sed obest renuncianti. Qui enim renunciat, si suæ ecclesiæ jus non amittit, donec pontifex aut renunciationem acceptet, aut propter crimen e suo illum jure excidisse declaret; amittit tamen possessionem suam, ita ut neque ipse per se, neque alii suo nomine possint ampliùs jurisdictionem semel abdicatam exercere.

Si pontifex summus accepisset per manus regis istam episcopi vestri dimissionem, ne

Digitized by Google

ullo quidem temporis momento de illâ acceptandâ dubitasset, veluti vos faciendum fortè esse proponitis. Ipse enim ad reliquos errores, in quos prolapsus miserè est, sacrilegum quoque ausum adjunxit manus imponendi die 24 februarii Lutetiæ Parisiorum pseudo-electis Corisopitensis ac Suessionensis ecclesiæ, quo ex tempore, juris est non ambigui, ipsum in pœnam incidisse suspensionis ab exercitio ordinis. Quamobrem nil accidere potest optatius, quàm ut sponte suâ ab ecclesiâ se abdicet is, qui multis nominibus se dignum præbuit, qui eâdem exueretur. Verùm cùm desit hactenùs authenticum dimissionis hujusce, licet satis vulgatæ, monumentum, in causâ est, cur summo pontifici, nec super dimissione, nec super privatione, judicium ferre conveniat.

Hic tamen prudens ac mitis agendi modus minimè vetat, quin ecclesiæ regimini, uti opus est, consulatur; quæ si proprio suo viduata pastore dici nequit, eò tamen redacta est, ut perindè haberi possit, ac si suo pastore careret, et deterioris etiam, si fieri potest, conditionis effecta. Præterquàm quòd enim illa gubernio tùm episcopi, tùm vicariorum destituitur, quod omnibus accidit ecclesiis, ubi suo pastore destituuntur, invasioni atque occupationi pseudo-electi cujusdam objicitur, qui, quocumque sacrilego modo consecratus, canonicâ semper missione carebit, quique proindè omni erit communione vitandus.

Posset utique pontifex summus vestris rebus consulere, eâ quâ pollet per canones au-

Digitized by Google

toritate, tùm præsertim, cùm casus incidunt impropriæ vacantiæ ecclesiarum. Sed tanti ipse facit egregium istud capitulum, tantoque fertur ergà dignissimum archiepiscopum Lugdunensem studio, quem vos ecclesiæ istius vacantis administratorem natum appellatis, ut utrique liberam facultatem relinquat nominandi vicarios eo prorsùs modo, quo aliàs fieri ecclesiâ ipsâ vacante consuevit, tribuens interim vobis apostolicâ autoritate facultatem ac veniam vestro munere defungendi, donec capitulum et archiepiscopus, sollicitè per vos de pontificis mente certiores effecti, eo, quo par est, modo necessariam opem non ferant.

Puto equidem fiduciæ de me vestræ satis cumulatè fecisse. Interim sum,

ILLUSTRISSIMI DOMINI,

Servitor verus

F. X. card. DE ZELADA.

Romæ die II aprilis MDCCXCI.

N°. III.

Abbatissæ monasterii oppidi Æmiliani.

REVERENDISSIMA MATER.

INFELIX rerum status, in quo Galliarum clerus, ordinesque religiosi versantur, quemque vivis coloribus depictum tuæ exhibent litteræ ad summum pontificem datæ die 9 superioris mensis, a sui usque initio in causâ fuit, cur paternus illius animus gravissimo ægritudinis ac doloris sensu afficeretur. Hinc

Digitized by Google

neque curis ullis, neque ulli sollicitudinum generi pepercit unquàm, quò divinâ favente ope, non sine lacrymis, et per publicas etiam preces imploratâ, a florentissimo isto regno periculum, quàm longissimè posset, averteret, ne clerus, ne ordines religiosi, ne catholica religio ipsa everteretur : hùc enim unicè spectant omnes reformatorum philosophorum conatus.

In tali ac tanto spiritûs sui mærore, illud profectò non levi pontificem summum consolatione lenivit, quòd non pauci ex episcopis, pluresque religiosorum ordinum præsides utriusque sexûs, horribilem tempestatem constanti animo tolerantes, promptos se ac paratos præse ferrent infortuniis omnibus subeundis, suorumque munerum officiis christianâ constantiâ defungendis. Hos inter tu sanè non ultimo loco esse videris ; quippè quæ eos præte fers sensus, ut sacratissimi principis animum gaudio et exultatione perfuderint. Quemadmodùm autem is nunquàm hactenùs destitit eos hortari, docere, ac juvare, qui de suarum conscientiarum quiete nanciscendâ solliciti, tutumque habendi ducem percupidi, ad se eo, quo decet, obsequio ac fiduciâ perfugerint, tanquàm ad magistrum, ad communem fidelium patrem, ad eum, penès quem summa est ecclesiasticæ potestatis auctoritas : ita eamdem prorsùs volens tecum quoque rationem iniri, me jussit tanquàm pœnitentiarium majorem, in re quæ ad conscientiam maximè pertinet, tuis rescribere litteris, ac tuum præsertim, quo in religionem æstuas studium

Digitized by Google

commendare; laudibus enim potiùs ibi, quàm hortationum stimulis locus est, ubi quis ita animo est comparatus, ut sua omnia, seque ipsum devoveat, ne suo muneri desit. Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis tibi certè præsto erit, convertetque planctum tuum in gaudium tibi, ubi tuam virtutem, quæ in infirmitate perficitur, per tribulationes et angustias exploraverit.

Ad quæstionem autem quod attinet, quam dilucidè tibi postulas enodari atque explicari, me item jussit, in hunc sanè modùm suo prorsùs nomine his te verbis commonefacere. Si octavâ die proximi hujusce mensis et anni, isthuc accesserit officialis municipalis ad novam abbatissam, et œconomam eligendam, ut fert ultimum illud decretum, quod tu commemoras, tibi, tuisque correligiosis id curæ erit, ut quantùm fieri poterit, novitati huic prudenter modestèque obsistatis, eidem officiali debitâ animi submissione significantes, id vestris regulis et constitutionibus adversari, quas inter amplectandum institutum vestrum jurastis Deo sanctè religiosèque servaturas.

Verùm si fiat, ut frustrà nitentibus vobis, quod sanè timendum est, vis aliquâ abhibeatur, ita ut ad novam hujusmodi electionem cogamini, tunc sanctitas sua, ne majora mala subsequantur, facultatem tibi, tuisque correligiosis impertitur ad hujusmodi novam electionem deveniendi, ita tamen ut, si fieri possit, tu ipsa in abbatissam eligaris: quâ in re faciendâ vult ipse, ut, hâc necessitate durante, nec regulæ, nec constitutio-

Digitized by Google

nes vestræ ullo vobis esse possint impedimento.

Hâc ratione facile tibi erit in eo, in quo moraris permanere loco, et illa solemnia vota religiosè servare, quibus te Deo devovisti; nec opus erit, ut ad remotas orbis partes, ad quas secedas, animum aut cogitationem convertas; id enim debet esse extremæ tantùm necessitatis remedium, ubi nempè vobis omnis prorsùs sit adempta facultas manendi in eâ vocatione, in quâ vocatæ estis, ubi benevolum nanciscamini receptorem, ubi denique ecclesiasticorum præsidum approbatio, et apostolicæ sedis ad id accesserit venia, iis scilicet omnibus servatis cautelis, quas doctè sapienterque explicavit summus item pontifex in suis litteris in formâ brevis ad episcopum Brunensem, Vindobonæ datis pridiè idus aprilis anni 1782 (*).

(1) Hasce litteras, ut potè maximi momenti pro religiosis gallicanis utriusque sexûs, paulò inferius reperire est sub nº. IV subjectas ad pag. 544. Porrò Gallis quoque nostris antistibus ignotæ nullatenùs fuerunt, siquidem citantur a R. Suessionensium episcopo D. D de Bourdeilles, in suâ percelebri instructione pastorali super autoritate spirituali ecclesiæ, die 20 dec. ann. 1790, his verbis quæ referre juvat : « les religieux ou religieuses » qui se croiroient libres en vertu d'un décret politique, » n'en encourroient pas moins la peine du crime de » l'apostasie, s'ils venoient à quitter leur maison et » leur habit, sans avoir obtenu les dispenses nécessaires » du supérieur ecclésiastique. La conduite que les évê- » ques et les religieux doivent tenir leur est tracée par » le bref de Pie VI à l'évêque de Brinn. » Apud nostram collectionem ecclesiasticam typis vulgatam anno 1792, sub nomine clarissimi abbatis Barruel., vol. III, pag. 281. (*Nota editoris.*)

Digitized by Google

Vellet sanè pontifex summus eâ, quâ præstat, magnanimitate, vestris quoque indigentiis opem atque auxilium ferre. Sed cùm fieri omninò non possit, ut omnium Galliarum cœnobiorum et monasteriorum occurratur inopiæ, (cum omnibus enim æquo modo actum esse conscribis); nil aliud est reliqui, nisi ut ipsius summi pontificis nomine te etiam atque etiam exhorter, ut ea tantùm vitæ subsidia comparetis, quæ præsentium rerum sinunt angustiæ, utque totis viribus, et unanimi simul consensione enixas ad Deum preces fundendas curetis, quo pater luminum eas mentes suâ luce perfundat, quæ modò in altâ tenebrarum caligine versantur, eumque novarum rerum ordinem seriemque quàm primùm inducat, quam non longè abesse tua vota pollicentur.

Hi profectò sunt pontificis optimi maximi in te animi sensus. Reliquum est, ut ego quoque patefaciam tibi observantiam in te meam; tui enim sum,

REVERENDISSIMA MATER,

Servitor

F. X. card. DE ZELADA.

Romæ die XV decembris MDCCXC.

Digitized by Google

N°. IV.

Venerabili fratri Matthiæ, Brunensium episcopo

PIUS PAPA VI.

VENERABILIS FRATER, salutem et benedictionem apostolicam.

Ex litteris, quas 6. nonas martii, ac iterùm 3. nonas aprilis ad nos dedisti, gravem mæroris causam accepimus. Dolenda quidem res est, quæ non nullos regularium ordines huc illucque submovet, ac viros religiosos, sacrasque virgines dejicit a monasteriis.

Sed nimis properasse te arbitramur eâ declaratione, quæ monachos Carthusianos, tuâ in diœcesi, statim a propriis legibus statutisque liberos solutosque renuntiat, ut conditionem statumque presbyterorum sæcularium illicò inire valeant. Generalis hæc namque declaratio, quæ insciâ prorsùs apostolicâ sede, tibi, ven. frater, opportuna malis visa est, nobis cùm intempestiva, tùm periculi plena videtur.

Curandum imprimis est, ut omnes in vocatione suâ permaneant, ideòque in alia, vel proprii, vel alterius instituti monasteria se recipiant, ubi vota solemnia, quibus vitam Deo consecrarunt, ritè rectèque persolvant. Nulla rerum humanarum ratio, quam te, in monachorum causâ, præ oculis habuisse crsibis,

Digitized by Google

scribis, sed una conscientiæ et salutis cura habenda est.

Hæc sanè verbis nostris dicito iis ad quos pertinet, eosque confirma, si a proposito declinare cognoscas. Ac si fortè cuipiam accidat, ut receptorem sibi nequeat invenire, in hoc tantùm infortunio sinimus eum tamdiù in statu presbyteri sæcularis permanere, quandiù ita vivere solâ necessitate cogetur.

Sed quisque debet versari in sæculo, memor vocationis suæ, ejusque tenax disciplinæ et vitæ regularis, cui se pridem adscripserit. Vota solemnia, quæ semper firma, semperque immota permanebunt, custodiat et servet. Sacrilegium profectò esset, si quid a purissimâ castitatis obligatione detraheretur. Studio etiam paupertatis, quantùm pro novâ vivendi ratione fas erit, omnes addicti sint, ut fallaci terrestrium cupiditate immunem lætumque animum præ se ferant. Obedientiam quoque præstent episcopo, et sub veste signum aliquod gerant regularis professionis, ne ex hâc reverâ exiisse videantur.

Habes itaquè sententiam nostram, ad quam omnia consilia componere debes. Hinc facilè intelliges nos minimè iis assentiri, qui dispensationem a votis solemnibus postulant, ut carnales nuptias contrahant, vel condere valeant testamenta.

Cave igitur ne dispensatio hujusmodi quâ decor et pulchritudo domûs Dei polluereturaudiri contingat in ecclesiâ. Neque tu potes jure ordinario concedere, ut rectè cogitas,

neque nos tibi ejus tribuendæ jus vel potestatem delegamus.

Itaquè esto memor sacerdotii tui, et macte animo, ut assiduis ad Deum precibus, validam nobis opem impetrare coneris. Optima hâc spe, tibi, ven. frater, atque ovibus fidei tuæ commissis apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Vindobonæ, pridiè idus aprilis, anno MDCCLXXXII. Pontificatûs nostri VIII.

N°. V.

Nicolao Philibertio in episcopum illegitimè electo.

ILLUSTRISSIME DOMINE,

Quas obsequii et obedientiæ significationes ergà visibile caput ecclesiæ præ se ferunt litteræ tuæ, ad ipsum datæ die 10 februarii hujus anni, eas, ipsius pontificis jussu, commonere te debeo nullius momenti esse futuras, nisi id simul agas, ut verbis facta respondeant. Nunc autem quis dubitet, egregias declarationes tuas factis elidi atque everti, semel atque eodem tempore affirmas, nequivisse te populi votis obsistere, teque promptum ac paratum ostendis illius ecclesiæ regimini suscipiendo, quæ adhuc ritè non est in cathedralem erecta, et iis pascendis ovibus, quæ modò gubernantur atque reguntur ab archiepiscopo Rhemensi, et ab aliis episcopis e quo-

Digitized by Google

rum diœcesibus illas decerpi oporteret, si illegitimæ erectioni locus esset?

Si verum est, pontificis summi decreta te habiturum ipsorum Jesu Christi oraculorum loco, scias oportet, ipsum, in suâ responsione ad archiepiscopos et episcopos Galliarum datâ, docuisse jàm et declarasse, hujusmodi electiones, quæ amoto clero per populum fiunt, irritas esse et inanes, inspectâ cùm veteri, tùm novâ ecclesiæ disciplinâ, easque proindè acceptari a quoquam non posse, absque eo quòd canones violentur, neque earum intuitu peti aut obtineri posse quocumque sive metropolitano, sive episcopo consecrationem. Istius modi enim consecratio sacrilega esset atque schismatica, nec ullam consecrato tribueret jurisdictionem, sive canonicam missionem, quæ ex mandato apostolicæ sedis unicè proficiscitur. Tu itaquè extemplò debes gradum sistere, et' cùm in hâc, tùm in aliâ omni re decretis adhærescere apostolicæ sedis, quæ veluti Jesu Christi oracula te suscipere affirmas. Hâc animi tui declaratione fretus, quam tuæ exhibent litteræ, sanctissimus Dominus noster plurimùm in Domino confidit, te ad meliorem mentem reversurum, proindèque ipsius sanctitatis suæ nomine te etiam hortor atque etiam atque consecro, ut a paternis illius monitis ne latum quidem unguem discedas. Id si præstabis, ut spero, ex ipso errore honoris plurimùm capies, et summi pontificis dilectionem demerebere. Spero equidem fore, ut quam de te in pontificis animo expectatio-

Digitized by Google

nem concitasti, hanc sustineas ac tueare; interim tuî sum,

ILLUSTRISSIMÆ DOMINE,

Servitor

F. X. card. DE ZELADA.

Romæ III. kal. aprilis anno MDCCXCI.

N°. VI.

Dans un recueil envoyé en France sous ce titre: *Instruction sur les indulgences*, il est fait mention d'indulgences demandées au souverain pontife au sujet de la persécution de France, et accordées par sa sainteté le 17 janvier 1794. Nous n'avons pu nous en procurer le texte latin : ce qui ne nous a point offert une raison suffisante, ou pour en méconnoître l'authenticité, bien que nous ne les voyons citées nulle part, ou pour priver nos lecteurs de la communication de ce nouveau témoignage de la sollicitude apostolique.

INDULGENCES demandées au souverain pontife, au sujet de la persécution de France, et qu'il a bien voulu accorder le 17 janvier 1794.

1°. Une indulgence pléniere, à gagner chaque semaine par tous les prêtres catholiques séculiers et réguliers, qui célebreront le saint sacrifice de la messe pour la paix de l'église universelle et du royaume de France, pour l'extirpation de l'hérésie et du schisme actuel, et de toutes les autres hérésies et schismes, et pour l'union et la concorde des princes chré-

Digitized by Google

tiens, avec la liberté de recevoir la rétribution des susdites messes.

2°. Une indulgence de cinquante jours, à gagner tous les jours par tous les fideles qui, privés de la consolation d'assister au saint sacrifice de la messe, réciteront, quelque part qu'ils se trouvent, pendant une demi-heure avant midi, les prieres de la messe ou d'autres, selon l'intention prescrite, et unis de cœur aux sacrifices qui se célebrent dans tout le monde catholique, dans toute l'église de Rome, et sur-tout à celui offert par le pape.

3°. Une indulgence de cinquante jours, à gagner tous les jours par les fideles qui, outre les prieres susdites, réciteront le chapelet de la sainte Vierge, avec l'intention de soulager les ames des fideles défunts, sur-tout de ceux qui, par défaut de prêtres catholiques, meurent sans sacremens.

4°. Une indulgence de sept ans, à gagner par tous les fideles, en quelque lieu que ce soit, toutes les fois qu'ils suggéreront aux malades les actes qu'ils doivent faire, qu'ils feront ce qui dépendra d'eux pour leur faire abjurer leurs erreurs, s'ils ont le malheur d'en être infectés; qu'ils leur procureront, s'ils le peuvent, un prêtre catholique pour qu'ils en reçoivent les sacremens; et qu'enfin ils les aideront à mourir saintement dans le Seigneur.

5°. Pareillement une indulgence de sept ans, à gagner par tout prêtre catholique séculier ou régulier, toutes les fois qu'il administrera aux fideles les sacremens, au moins celui de Pénitence.

Digitized by Google

6°. Une indulgence de sept ans, à gagner tous les jours par tous les fideles malades qui, vraiment contrits et confessés, s'il leur a été possible, feront de vive voix, autant qu'ils le pourront, ou seulement de cœur, si les forces leur manquent, les actes de foi, d'espérance, de charité, de contrition, de résignation.

7°. Une indulgence de cinquante jours, à gagner par tous les prêtres catholiques, toutes les fois qu'ils expliqueront la parole de Dieu, et une pareille indulgence pour tous les fideles qui écouteront avec attention cette explication.

Pour gagner ces indulgences, il faut se confesser, recevoir le très-saint sacrement de l'Eucharistie, prier pour l'union et la concorde des princes chrétiens, pour l'extirpation des hérésies, pour l'exaltation de notre mere la sainte église romaine, et faire toutes les autres œuvres indiquées ci-dessus.

Digitized by Google

APPENDIX
SIVE
SUPPLEMENTUM.

PARS SECUNDA.

N°. I.

Carissimo in Christo filio nostro Ludovico Francorum regi christianissimo

PIUS PAPA VI.

CARISSIME,

Evenisse tandem, quod summoperè cupiebamus (*), intelleximus majestatem tuam, inter varios casus, timores, ac discrimina, ex illâ Parisiensi efferatorum ac furentium

(*) Le souverain pontife croyant aisément ce qu'il desiroit, et confirmé, par une foule de couriers partis de tous les points de la Sardaigne et de l'Italie, dans l'opinion publique, qu'à l'aide de M. de Bouillé le roi avoit franchi les obstacles de Varennes, se livra sur-le-champ aux élans de la joie et de la tendresse, et dépêcha aussitôt à sa majesté un nonce extraordinaire avec le bref ci-joint.

Digitized by Google

hominum immanitate, cum universâ regiâ familiâ elapsam esse, jamque in tuto consistere. Incredibile est, carissime in Christo fili noster, quæ a paterno nostro animo fuerit ex hisce recentibus nuntiis percepta consolatio, quàm certè nullis satis assequi verbis ac explicare possumus. Neque nostra solùm hæc maxima jucunditas est, sed et universæ civitatis nostræ, omniumque ordinum à summis ad infimos qui te, tuosque salvos, incolumesque, Deo protegente, a gravissimis illis periculis evasisse lætantur. Personant adhuc hujus urbis fora, viæque exultantis populi romani publicis vocibus, ac de tuâ salute gratulantis; cujus lætitiæ testes, ne quid hîc a nobis exageratum suspicari possis, ipsas adducimus regias principissas dilectissimas in Christo filias nostras Mariam Adelaïdem, et Victoriam Mariam, præstantissimas amitas tuas, necnon et ven. fratrem nostrum cardinalem de Bernis, qui certè in hoc communi animorum studio continere lacrymas minimè potuerunt; sed si in percipiendâ de te consolatione cæteros omnes a nobis superari dicimus, id verissimè dici, facilè tibi persuaseris, qui jàm præclarè noveris, quæ magna tecum semper fuerit amoris officiorumque omnium conjunctio, quantamque hos postremo adversissimo tempore doloris, angustiarum, ærumnarumque tuarum partem in nos ipsos susciperemus.

Nunc verò hæc omnia tantò solantur magis, quòd hoc ipso egressu tuo percipiamus, qui tuus semper animus fuerit ergà religio-

Digitized by Google

nem, atque ecclesiam; ac ergà egregios illos penè omnes Galliarum antistites, quibus summa est, vel per exilia dispersis in fide, omnique virtute constantia. Quid jàm dicemus de immenso bonorum virorum numero, de profugâ præclarâ illâ nobilitate in te respiciente, pro teque capita sua devovente? Horum omnium te in libertatem vindicato, teque suo recepto rege cumulantur in nos gaudia; eorum de te vota, spesque maxima in nos nunc ipsos redundant. Itaquè non potuimus hoc tempore plurimas immortalesque non agere Deo optimo maximo gratias, cujus misericordiæ accepta referre hæc successuum initia debemus, neque non cum majestate tuâ nostros animi communicare sensus per hasce plenas lætitiæ studii, gratulationisque litteras ad te ipsum, a ven. fratre Bartholomæo archiepiscopo Damietæ nostro, et apostolicæ sedis ad tractum Rheni ordinario perferendas. Dum eas ipse tibi reddet, et coràm impositum a nobis munus explebit, valdè a te petimus, ut ipsum regiâ humanitate excipias, eamdemque in omnibus præstes fidem, quam nobis ipsis te alloquentibus præstiturus esses. Quas nos tecum partes peragimus, easdemque, et cum carissimâ in Christo filiâ nostrâ Mariâ Antoniâ reginâ conjuge tuâ, et cum dilectissimo in Christo filio nostro Ludovico Delfino, cæterâque regiâ familiâ luculentiore quo possumus animo exhibemus. Quas nunc preces, obsecrationesque nostras ad omnipotentem Deum, pro te, carissime in Christo fili noster, quæ vota, quas lacrymas non ef-

Digitized by Google

fundimus ! imploramus tibi promptum, pacificum, gloriosumque in regnum reditum, receptam a te pristinam potestatem tuam, reductas leges, juraque omnia restituta. Te illuc religio deducat, cum amplissimo præsulum in suas sedes redeuntium comitatu : tecum illa regnet in populos, quorum jàm contumaciam, licentiamque fregerit, volentesque animos ad mores, ad pietatem, ad officia revocarit. Hæc sunt assidua ad Deum pro te vota nostra, huc nostræ cogitationes, studia, curæque omnes unicè conversæ, collocatæque sunt. Hoc animo apostolicam benedictionem quæ divinarum omnium benedictionum auspicio esse possit, tuaque omnia consilia, atque incœpta veræ felicitatis exitu prosequatur, et cumulet, tibi, carissime in Christo fili noster, unà cum augustâ conjuge tuâ, omnique regiâ familiâ, ex intimo paterno corde amantissimè impertimur.

Datum Romæ die VI. julii MDCCXCI. Pontificatûs nostri, anno XVII.

Digitized by Google

N°. II.

Serenissimæ, potentissimæ, ac magnæ dominæ Catharinæ, et magnæ Ducissæ universæ magnæ, parvæ et albæ Russiæ autocratrici, necnon magnorum dominiorum Orientalium, et Occidentalium patronæ, augustæque hæredis dominæ et dominatrici

PIUS PAPA VI.

SERENISSIMA,

Cùm injustissimæ ac per vim contra jus gentium peractæ occupationis nostrarum in Galliâ antiquissimarum ditionum *memoriam* conscriberemus ad multas regias aulas dimittendam, quò illas ad tantum facinus saltem detestandum ipsâ rei narratione commoveremus, præcipuè cogitationem nostram convertimus ad majestatem tuam, augustissima, ac potentissima imperatrix, cujus perspecta nobis erat, ac sæpè etiam experta summa animi æquitas, ac magnitudo, atque idcircò quantociùs ad te pervenire *memoriam* illam per dilectum filium Santini curavimus, ut excitatâ in te, ob latam tantamque injuriam, indignatione, dolorem nostrum aliquantùm minueremus. Verùm non solùm decepti hâc in spe non sumus, sed expectationem nostram omnem vicit humanissimè nobiscum communicatus

Digitized by Google

excelsi animi tui sensus, quo et iniquam illam aversaris usurpationem, et nostro, pro tuâ singulari magnanimitate, dolore, jacturâque afficeris, quodque maximè nos in tuî admirationem rapit; studia etiam tua nobis generosissimè declaras, quibus inflammaris, ut quantùm in te est, et injuria illa nobis reparetur, et damnus. Atque hunc animum tuum aliis etiam regiis aulis innotescere voluisti, undè justissimæ præclarissimæque hujus voluntatis tuæ fama ad eos iterùm iterùmque resultaret. Incredibile est, invictissima dominatrix, quantoperè recreati sumus jucundissimis hisce eximiæ declarationis tuæ nunciis, quantamque tibi propterea habendam a nobis ducamus gratiam. Continere igitur intrà nos non potuimus hosce ergà majestatem tuam debitos luculentissimos sensus, quin eosdem tibi per nostras saltem significemus litteras. Sine igitur, ut hoc te officio adeamus, teque obsecremus, ut quam gratiarum actionem suscepimus, neque satis assequi verbi possumus, eamdem ipsâ tuâ benignitate excipias, ac sustollas, nosque nullo non tempore memores tantorum in nos meritorum futuros existimes; quibus nunc ità innitimur, ut maximè confidamus, si conjunctis multorum principum viribus atque opibus contumaces conventûs gallici spiritus omninò retundantur, regnumque illud ad pristina jura revertatur, fore ut nos etiam nostras illas simus provincias per tuam præcipuè auctoritatem, operamque recepturi. Hâc te certè plurimus accedet ad tuam gloriam cumulus, quam hactenùs ex

Digitized by Google

relatis de infidelibus maximis victoriis ac triumphis, atque ex prolato in vastissimas uberrimasque regiones imperio, ac demùm ex confectâ pace comparasti. Dùm propterea etiam atque etiam gratulamur tibi de immensis istis gestarum rerum laudibus, Deum O. M. precari non intermittimus pro incolumitatis tuæ felicitatisque constantiâ, proque cæteris ejus gratiæ muneribus, quibus nihil amplius, atque illustrius exoptari unquàm possit.

Datum Romæ, die XXV. febr. MDCCXCII. Pontificatûs nostri anno decimo-octavo.

N°. III.

Carissimo in Christo filio nostro Leopoldo, Hungariæ regi apostolico, necnon Bohemiæ regi illustri, in Romanorum imperatorem electo

PIUS PAPA VI.

CARISSIME,

POST peractam ex decreto nationalis gallici conventûs iniquissimam illam nostrarum in Galliâ antiquarum ditionum occupationem, quid nobis aliud agendum erat, quàm ejus rei *memoriam* conscribere, et ad regias aulas dimittere, quò illas saltem ad talis, tantæque injustitiæ detestationem commoveremus? Eamdem ad Cæsaream majestatem tuam quàmprimùm deferri per venerabilem fratrem Joannem-Baptistam archiepiscopum

Digitized by Google

Iconii, ordinarium nostrum apud te nuncium, mandavimus. Te enim præ cæteris spectandum in eâ nobis proposueramus, qui et dignitate, et potentiâ emineres aliis, utpotè in maximi imperii vertice constitutus, quique in præcipuo amplissimæ tuæ potestatis habes munere, ut apostolicam hanc sedem, ejusque rationes, cùm opus esset, sustentes, ac tueaeris; prætereàque, qui pro singulari tuæ mentis intelligentiâ, facilè cognosceres, quantus ex hâc nobis illatâ injuriâ, si impunè id actum fuerit, gradus factus esset ad cæterorum etiam principum sine ullo jure invahendas provincias. Adiit statim majestatem tuam nuncius noster, illamque tibi *memoriam* exhibens, quid in eâ contineretur, quidque postulabatur, accuratè declaravit.

Tùm verò maximè pro regiâ humanitate tuâ egregios patefecisti, plenosque æquitatis, ac magnitudinis animi sensus, cùm diceres: *te summo studio tàm justam suscepturum causam, opportunèque unà cum aliis principibus curaturum, ut quæ ablata sanctæ sedi sunt, restituerentur.* Neque hæc simplex fuit tàm prolixæ voluntatis tuæ declaratio, sed cùm te iterùm adiiset nuncius, iterùm multò etiam acriore renovata studio; eidem enim mandasti, ut tuo ad nos nomine scriberet, *te omni operâ acturum, ut Avenionem, cæterasque ablatas ditiones reciperemus, quo nihil unquàm justius esse possit; neque quidquam sit, quod tantoperè omnium etiam intersit supremorum principum, quàm ne tale usurpationis exemplum in ullam abire*

Digitized by Google

valeat temporis præscriptionem. Hæc omnia libenter commemoramus, carissime in Christo fili noster, quò agnoscas non solùm quantam in te ponamus fiduciam, sed quantùm quoque tibi deberi a nobis profiteamur. Neque enim prætermittendum ducimus, quin saltem per litterarum officium tibi gratissimum testemur animum nostrum, quem unquàm nulla capere poterit tantorum meritorum tuorum in dies magis, magisque cumulandorum oblivio.

Atque hæc ut ampliora fiant, tibique gloriosiora, communicamus hic itidem tecum immensum dolorem nostrum, quo diu, noctuque urgemur, dum quæ ab ultimâ origine in Galliâ floruit, Christi religionem ipsam videmus ibidem nunc planè proteri, ac pessumdari. Quæ fidelium, quæ sacerdotum insectatio, quæ bonorum fuga fiat, ipse profectò non ignoras. Ille etiam impietatis furor in alienas ditiones exundare, omniaque tàm divina, quàm regia, atque humana jura ubique tentat per suas opes, per insidias, per novas opiniones clàm, palàmque corrumpere ac subvertere. Dei ipsius potestatem oppugnat, ut tantò facilius regiam potestatem possit, quæ illius innititur voluntate, de medio prorsùs auferre. Hujus igitur audaciæ hactenùs inauditæ cùm teterrimi formidentur successus, cùmque pestis hæc ubiquè grassetur, ac suas immittat stirpes cum publico maximo detrimento erupturas, quorumnam magis interest, quàm regum ipsorum eamdem radicitùs evellere, atque abolere?

Digitized by Google

Tu ipse inter illos emines; tu ipse tàm necessarii fœderis optimus conciliator, atque auctor esse potes ad Dei causam, propriamque omnium vestrûm tuendam, conjunctisque viribus propugnandam.

Minimè præterire potuimus, carissime in Christo fili noster, cùm tecum agere susceperimus de recuperandâ per tuam auctoritatem nostrâ in Galliâ ditione, quin quod multò nos magis sollicitat atque angit, ipsam tibi religionem commendemus, non quòd ullo modo dubitemus de præstante animo tuo, sed ut et muneri nostro satisfaciamus, et *tibi jàm præclara, teque digna agitanti consilia*, omnes, quantùm a nobis est, ad veram gloriam stimulos adjungamus.

Ac ut magis propitium, faventemque incœptis tuis omnibus habeas Deum, ejusdem cœlestium munerum auspicem, apostolicam benedictionem augustissimæ majestati tuæ, universæque Austriacæ domui ex intimo paterno corde depromptam amantissimè impertimur.

Datum Romæ: die 3 martis MDCCXCII. Pontificatûs nostri anno decimo octavo.

PIUS qui suprà.

N°. IV.

Digitized by Google

N°. IV.

Carissimo in Christo filio nostro Francisco, Hungariæ regi apostolico, necnon Bohemiæ regi illustri, in Romanorum imperatorem electo

PIUS PAPA VI.

CARISSIME,

RESPONSUM humanissimis, ac jucundissimis Cæsareæ majestatis tuæ litteris die 25 julii datis, nobisque nuper redditis a dilecto filio, nobili viro *Joanne Nepomuceno*, S. R. I. *principe Clary ab Aldringen*, quibus faustissimam nobis tui in Romanorum imperatorem nunciasti electionem, differre debemus, quoad expleta cætera sint, quæ ad hunc exoptatissimum eventum pertinent, peragenda per nos officia. Interim tamen, cùm alia nobis instet gravissima ad te scribenda causa, satis esse ducimus, ut hîc in antecessum significemus tibi immensum paterni nostri animi fuisse gaudium, cum te ad illud amplitudinis ac potestatis culmen evectum intelligeremus, quem maximis florentem virtutibus ac religionis præsertim studiis inflammatum, his perturbatissimis temporibus unicè opportunum, utilem ac salutarem et ecclesiæ, et imperio et sanctæ huic sedi futurum noveramus.

Digitized by Google

Confirmarunt hoc judicium de te, et gaudium nostrum recentes ven. fratris Joannis *Sifredi Maury* archiepiscopi Nicæni, apostolici *extrà ordinem* nuncii litteræ, quæ, et publicè in tantæ celebritatis solemnibus, et privatim, cùm te nostro nomine gratulandi causâ adiisset, quanta pii excellentisque animi tui specimina dederis, significabant. Hærent infixæ menti nostræ, ac semper hærebunt tuæ illæ voces singulari ardore prolatæ, cùm religionis causam, sanctæque hujus sedis rationes in te ipsum recipere sanctè profitereris, idque ad nos perscribi mandares. His tuis studiis, promissisque permoti, statim ad te dare litteras voluimus nostræ gratissimæ voluntatis testes, summæque gratulationis non magis ob nova tuæ dignitatis, quàm ob singularia tuarum virtutum incrementa interpretes. Ex quo etiam potes, in quantam spem ex istis laudibus tuis attollamur, agnoscere.

Nos quidem, jàm anteà augustum genitorem tuum, dùm viveret, commoveri illatis nobis per summam injuriam damnis, proque suâ æquitate excitari ad suscipiendam causam nostram lætabamur. Agebatur tùm de iniquissimâ nostrarum in Galliâ ditionum ex gallici conventûs decreto peractâ occupatione, cujus facti memoriâ ad regias aulas, et ad Cæsarem præcipuè, in meritam omnes tantæ injustitiæ detestationem induximus.

Egregios Cæsar ipse, plenosque pietatis, ac magnitudinis animi sensus statim nobis declaravit, cùm diceret se omni operâ acturum, ut ablatas provincias reciperemus. Quo

Digitized by Google

nihil justius esse possit, neque quidquam magis omnium etiam intersit supremorum principum, quàm ne tale usurpationis exemplum in ullam abere valeat temporis præscriptionem. Agendas tùm illi gratias duximus per litteras nostras, in iisque potissimùm religionis res in Galliâ convulsas, ac planè eversas, per suam autoritatem ac potentiam restituendas, non sine gemitu ac lacrymis commendabamus. Verùm eas ipsas litteras die 3 martii datas inopinus luctuosissimus ejus obitus jàm antecesserat.

At præstans illud consilium suum non ipsâ morte abreptum st, sed a te perficiendum in te ipsum est, Deo volente, tanquàm per hæreditarium jus, transmissum. In eadem ipse regna successisti, iisdem polles viribus, ad quas adhibendas multò adhuc majori compelleris causâ, indicti nimirùm, ac moti contrà te belli ab iis ipsis, qui jàm omnia jura tàm sacra, quàm regia nefariè oppugnare cæperunt, ac pervertere. Eum verò geris animum, quem Dei ipsius spiritu inditum tibi esse putandum est, cùm in ipso imperii tui, tantorumque regnorum initio, nihil magis agites, ac moliaris, quàm ut infensissimos tuos, ac potestatum omnium hostes armis compescas, in suum referas statum non minùs ecclesiam, quàm regnum Galliæ, nobisque etiam per vim ablata restitui facias. Quæ quidem cuncta singulari præ te fers animi ardore, in iisque palàm consilia omnia, curas, opes, viresque collocas, atque impendis.

Eas igitur litteras, quas ad augustum paren-

Digitized by Google

tem tuum, paucis ante mensibus, miseramus; tibi scriptas existima, carissime in Christo fili noster, atque ita perlege, ut hortationes illas nostras in tuas laudes converti putes, cùm, quod maximè precabamur, a te ipso tuâ jàm sponte susceptum esse videamus, ut non tàm a nobis ad te iterùm ista deferenda postulata sint, quàm agendæ gratiæ.

Tamen tibi tantoperè ad veram gloriam per te ipsum properanti si quid adjungi a nobis potest, illud est, quod omni operâ apud te contendimus, ut in ipso præstantium actionum cursu, in vindicandis tot tantisque injuriis, in justissimo gerendo contrà communes hostes bello, in propugnandis regum omnium juribus, nunquàm religionis rationes a cæteris quibuscumque rationibus sejungas, semperque tibi propositum habeas, te tuas, tuorumque regnorum res tùm esse acturum maximè, cùm religionis integritati prospexeris, cùm sacros cultus, cùm catholicam ecclesiam, ejusque unitatem in apostolicâ sede fundatam ubique constitueris, tibique planè, vel ipso gallicarum perturbationum exemplo persuadeas, publicarum rerum summam in eo verti, scilicet non tàm humanâ, quàm divinâ fide contineri et consistere regna, atque abjectâ religione in tumultus eadem, rebelliones, ac ruinam vesano pravissimarum opinionum impulsu facillimè miserrimèque prolabi. Itaquè vel in administrando, vel in componendo bello, illæ potiores apud te esse debent conditiones, quæ regno Dei conveniant, undè in cætera humana regna omnis publicæ potestatis vis vigorque promanat.

Digitized by Google

Hunc in modum faventem tibi, propitiumque reddes regum regem, imperiorumque auctorem et conservatorem, ac victoriæ felicitatisque omnis largitorem Deum. Nunquàm nos propterea intermittimus ad ipsum pro te, carissime in Christo fili noster, pro tuâ augustissimâ domo, tuisque amplissimis regnis vota facere, eaque conjungimus cum apostolicâ benedictione, quam Cæsareæ majestati tuæ ex intimo paterno corde depromptam amantissimè impertimur.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die 8 augusti MDCCXCII. Pontificatûs nostri anno decimo octavo.

PIUS qui suprà.

Benedictus STAY.

V.

Acta sanctissimi domini nostri Pii papæ VI in consistorio secreto feriâ secundâ, die XVII junii MDCCXCIII. causâ necis illatæ Ludovico XVI Galliarum regi christianissimo.

VENERABILES FRATRES,

QUARE lacrymæ, et singultus verba nobis non intercipiant? nonne magis gemitibus, quàm ullâ voce significandus est immensus ille animi dolor, quem expromere cogimur, dùm vobis nunciamus editum Lutetiæ, die vigesimâ primâ januarii currentis anni, hor-

Digitized by Google

rendum illud crudelitatis, atque immanitatis spectaculum?

Per impiorum hominum conspirationem capitali pœnâ damnatus est Ludovicus XVI rex christianissimus, et judicium impletum.

Sed quale illud judicium, quâque peractum ratione fuerit, breviter vobis commemorabimus : nullâ illud autoritate, nullo jure exercitum ab nationali conventu : is enim, abolitâ præstantioris monarchici regiminis formâ (1), publicam omnem potestatem penès populum constituerat, qui nullâ regitur ratione et consilio, nullum rerum percipit discrimen; pauca ex veritate, multa ex opinione æstimat, inconstans, facilis decipi, et ad prava quæque impelli, ingratus, arrogans, crudelis, qui humano sanguine, qui cæde funeribusque gaudet, ac expirantium pœnis, ut in veterum conspiciebatur amphitheatris,

(1) Bossuet, *Politique tirée des propres paroles de l'écriture sainte, liv. II, art. I, tom. VII des Œuvres, p. 289 et seq. édit. de Paris, 1748 :*

Proposition VII. La monarchie est la forme de gouvernement la plus commune, la plus ancienne, et aussi la plus naturelle.

Proposition VIII. Le gouvernement monarchique est le meilleur.

Proposition IX. De toutes les monarchies, la meilleure est la successive ou héréditaire.

Adam. Contzen. *Politicor. sive de perfectæ reipublicæ formâ.* Lib. I, cap. XXI, paragr. 9, firmat SS. patres in hanc consensisse sententiam, Justin. Cyprian. Athan. Hieronym. D. Thomam, etc.; neque verò facilè dissentientem invenies etiam ex illis, qui in liberâ republicâ educati, honores et magistratus gesserunt.

Digitized by Google

ad voluptatem pascitur (1). Ferocior pars hujus populi, sui regis imperium detrectasse non contenta, vitam etiam illi eripere cùm vellet, eos esse judices jussit, qui accusaverant, ac infensum illi animum apertè declaraverant. Jamque in ipso judicii aditu repentè nequiores aliquot evocati fuerant, ut condemnantium numerus cæteris prævaleret; quem tamen augere non potuerant, ut proindè rex minori legitimo numero fuerit immolatus (2). Ex tot

(1) Contzen. in citat. oper. cap. XXII, parag. 10.

(2) *La vie et le martyre de Louis XVI, avec un examen du décret régicide, par M.* de Limon, *à Ratisbonne, 1793, pag. 54.* « Malheureux! ne rendez pas cette sentence horrible, suspendez cet épouvantable sacrifice. Votre compte est une erreur, et cette erreur est le plus grand des attentats. Sur 736 membres dont les voix devoient nécessairement être comptées, il falloit 369 voix, pour avoir la majorité d'une seule, et il n'y en a eu que 365, comme l'attestent tous les journaux : par conséquent Louis XVI fut immolé par la minorité. Et que seroit-ce donc encore, si, sur ces 365 voix, on retranchoit celui que la nature et la loi obligeoient de se récuser (*le duc d'Orléans, premier prince du sang*), et tous ces folliculaires forcénés, qui, depuis long-temps sollicitoient la mort du roi comme ses parties adverses, et qui, par cette raison, ne pouvoient jamais être admis à l'ordonner comme ses juges, et tous les députés qui, ayant opiné *pour la vie*, ont entendu compter leurs suffrages parmi les opinions, *pour la mort*, sans oser, comme l'a fait Valazé seul, afficher courageusement dans toutes les places publiques et leur réclamation et leur démenti formel de l'odieuse infidélité des secrétaires, et ces prêtres imposteurs qui ont apostasié une seconde fois pour devenir des bourreaux, et cet infâme Dupont, qui donnant un démenti aux cieux, à la terre

Digitized by Google

iniquis perversisque judicibus, ex tot captatis suffragiis, quid non triste, horridum, omnibusque sæculis execrabile timeri, expectari-

---

entiere, à sa propre conscience, ne croit pas, mais professe hypocritement qu'il n'y a point de Dieu? Malheureux! comment croirai-je à ta justice, si tu nies la justice éternelle?

Idem de Limon, *examen du décret régicide, XXIe. prévarication, art. 28, p. 73.* « Si sur 12 jurés, 3 voix suffisent pour la décharge de l'accusé, il en faut donc 10 sur 12, c'est-à-dire, les cinq sixieme pour le faire condamner, et la convention a ordonné l'assassinat du roi à la simple pluralité de 366 voix sur 721; quoiqu'il y eut dans cette hypothese 234 voix au-delà de ce qu'il en falloit pour le sauver. Mais il y a plus: le roi a été massacré par la minorité, et je le prouve en relevant les erreurs de leur calcul.

« La convention étoit composée de 748 membres, y compris la députation d'Avignon. Un étoit mort, restoit 747. Onze étoient absens par commission, restoit 736. Les absens volontaires sans cause, ou sous un prétendu prétexte de maladies, ceux qui n'ont pas opiné, n'ont pas voulu évidemment voter pour la mort; et le sieur Castel, qui s'est fait porter dans l'assemblée, tout malade qu'il etoit, pour demander le bannissement, en est la preuve. Or, sur 736 membres, il falloit 369 voix, pour avoir la majorité d'une seule, et il n'y en a eu que 366, comme l'attestent tous les journaux. Et que seroit-ce donc encore, si, sur ces 366 voix, on retranchoit et ce parent dénaturé, que toutes les lois obligeoient de se récuser, et ces prêtres apostats, et les voix qui, comme celle de Valazé, ont été comptées pour la mort par des secrétaires infideles, quoique données pour sauver la vie du roi, et tous les députés, tous les folliculaires, qui avoient manifesté antérieurement une haine pour le roi, qui devoit les exclure de le juger, et l'athée Dupont, qui ne croit point en Dieu, et qui veut qu'on croie à sa justice, et tous ces députés

Digitized by Google

que poterat? Tamen quoniam tanti facinoris horror multos a scelere deterruerat, magnâ inter suffragante exortâ concertatione, iterùm ad suffragia ferenda devenire visum est, quorum exitum, etsi ex conjuratorum sententiâ fuerit, legitimum esse pronunciarunt. Multa hîc alia prætermittimus contrà jus acta, ac nulla prorsùs atque irrita, quæ in augustissimâ patronorum defensione (1), ac in publicis passim foliis legi possunt. Omittimus quoque, quæ ante supremum supplicium subire ac pati coactus rex fuit. Diuturnam nempè in permutatis carceribus custodiam, ex quâ non nisi, ut ad conventionis cancellos sisteret, interdùm ducebatur : illatam ejus confessario mortem (2) : a carissimâ regiâ

---

foibles, que les violences et les menaces ont forcé de voter contre leur propre vœu.

» Ainsi une minorité de 3 voix a consommé soi-disant légalement, au nom d'une nation corrompue, ou paralysée, le plus grand des attentats.

» Manuel étonné pourtant du réveil de sa conscience, effrayé de ce qu'un si horrible événement étoit consommé par cinq voix, dans le calcul le plus favorable au crime, a donné sa démission. Kersaint si violent contre le roi lui-même, qui avoit eu la démence de le déclarer coupable, a suivi l'exemple de Manuel, et la convention épouvantée de ces remords, pour en arrêter le cours, a fait faire le lendemain un second appel ».

(1) *Défense de Louis, prononcée à la barre de la convention nationale*, par le C. de Seze, l'un de ses défenseurs officieux, imprimée à Paris, de l'imprimerie nationale, 1792.

(2) Louis Hebert, supérieur des Eudistes, confesseur

Digitized by Google

familiâ segregationem, cæteraque ad illius aut pœnam, aut ignominiam ærumnarum genera, ad quæ nemo, in quo aliquid humanitatis esset, planè non exhorresceret; cùm præsertim nota, ac perspecta foret omnibus Ludovici indoles, suavis, benefica, clemens, patiens, amans sui populi, a rigore, a severitate aliena, ergà omnes facilis, et indulgentissima; quâ factum est, ut ad convocanda regni comitia, quæ flagitabantur, induceretur, quæque in regiam autoritatem, ac demùm in caput suum redundarent. Præterire tamen non possumus, quæ de ejus virtutibus omnes ex ipsius testamento perspiciunt, propriâ prescripto manu, ex intimo sui animi sensu, ac ubiquè typis evulgato, quanta in eo virtutis species, quantus fuit in catholicam religionem ardor animi, quæ veræ in Deum pietatis indicia, qui dolor, quæ pœnitentia, quòd, vel invitus, nomen suum actis disciplinæ, fideique orthodoxæ ecclesiæ contrariis adscripserit! Unde in tot adversis magis in dies ingruentibus rebus cùm penè obrueretur, ab ipso usurpari potuit Jacobi I. Britanniæ regis sententia, cùm diceret : *calumnias spargi contrà se in tribunitiis concionibus, non quia crimen aliquod designasset, sed quia rex erat, quod omni crimine pejus habebatur* (1).

---

du roi depuis la défection de M. Poupart, curé de S. Eustache, et l'un des martyrs des Carmes dans les jours de septembre.

(1) *De instit. princip.* ad Henricum fil. lib. II. *De*

Digitized by Google

At hîc intermittamus aliquantùm de Ludovico loqui, ut afferamus potissimùm ex historiâ exemplum, nostro huic argumento planè congruens, quodque luculentis ingenuorum scriptorum testimoniis comprobatur (1).

Maria Stwarta Scotorum regina, Jacobi V. Scotiæ regis filia, et Franscisci II. Galliarum regis vidua, titulos, et insignia regum Angliæ cùm assumpsisset, quæ jàm Angli ad Elizabetham detulerant, quantas ab eâdem æmulâ, et a factiosis calvinianis hominibus ærumnas tulerit, vel per insidias, vel per vim illatas, plurimi enarrant historici. Sæpè carceribus inclusa, sæpè judicum examini subjecta respondere recusaverat, cùm diceret reginam se soli Deo vitæ suæ rationem reddere teneri: tandem toties, varièque vexata respondit, objecta diluit crimina, suam probavit innocentiam. Non idcircò tamen a susceptâ iniquitate judices se continuerunt: in eam tanquàm ream, jàmque convictam, mortis pronunciarunt sententiam; ac tùm super

---

offic. reg. in subd. parag. Hic e ministerio, inter oper. Jacobi reg., *pag. 72, edit. Francof. et Lips. ann. 1689.*

(1) Spondan. *Contin. Ann. Eccl., t. II, ad ann. 1587*, a parag. I, ad 16. Natal. Alex. *Hist. sæcul. XV et XVI, cap. XIII, art. 6, tom. IX. op. p. 242, col. 2, ad fin. edit. Venet. 1778.* Fleury, *Hist. Eccles. ad ann. 1586, tom. XXXVI, ed. Paris, 1751.* Tempesti *Stor. della vita e geste di Sisto V, tom. I, lib. XX, a princip. ad parag. 11.* Plur. scriptor. Collect. a Samuele Jebb. *de vitâ et reb. gest.* Mariæ Scotor. regin. Franc. dotariæ, tom. II.

Digitized by Google

pegmate caput illud regium fuit detruncatum.

De hoc eventu Benedictus XIV. lib. III. sui operis *de servorum Dei beatificatione*, cap. 13, n°. 10. in hæc verba ratiocinari pergit : *Si de hujus reginæ martyrio quæstio institueretur, quæ adhuc usque instuta non est, adversùs martyrium plana esset oppositio ex sententiâ desumenda, et ex cæteris, quæ impiè adversùs eam hæreticè debacchati sunt, et præcipuè Georgius Buchananus in infami libello, cui titulus est :* Detectio Mariæ (1). *At si vera mortis causa examinetur, cùm illa constituenda sit in odio catholicæ religionis, quæ ipsâ superstite in Angliâ perstitisset, si invicta perpenderetur constantia, quâ oblatam repulit deserendæ catholicæ religionis conditionem, si admirabile advertatur robur, quo mortem sustinuit, si attendantur, prout attendi debent, protestationes antè obitum, et in obitu, emissæ, se semper catholicam vixisse, et propter fidem catholicam libentissimè mori, si non omittantur, prout omitti non debent, evidentissimæ rationes, quibus ostenditur, nedùm falsitas criminum Mariæ reginæ oppositorum, sed etiam iniquam mortis sententiam specie tenùs calumniis innixam, verè processisse ex odio catholicæ*

(1) Extat unà cum alio ejusdem autoris libello, cui tit. *actio contrà Mariam* in collect. Samuel. Jebb, p. 237 et 250, tom. I, sed subsequuntur *Mariæ Vindiciæ* autore Oberto Bernestapolio in eod. tom. I, p. 383.

Digitized by Google

religionis, et ut hæretica dogmata in Angliæ regno immota persisterent, nihil fortassè deerit *ex iis, quæ* pro vero martyrio *sunt necessaria.*

Scimus ex Augustino, quòd martyrem non facit pœna, sed causa (1), atque ob hanc causam rationem Benedictus XIV., cùm se propensum pro Mariæ Stwartæ martyrio declarasset, illud expendere cœpit (2), *an ad martyrium satis sit, tyrannum ad inferendam mortem moveri ex odio adversùs fidem Christi, quamvis occasionem mortis desumat ex aliâ re, quæ ad ipsam Christi fidem, aut nihil pertinet, aut non nisi ex accidenti pertineat; et* affirmativè resolvit, *ductus ratione, quòd actus non ab occasione, vel a causâ impulsivâ, sed a causâ finali veram sui speciem desumit; ac propterea sufficere ad martyrium, si persecutor ad necem inferendam movetur odio in fidem, licet occasio mortis provenerit ex aliâ re, quæ ratione circumstantiarum ad fidem non pertineret.*

Nunc ad regem Ludovicum revertamur. Si gravis est Benedicti XIV. autoritas, si ejus opinioni plurimùm est tribuendum, cùm ipse

(1) Epist. 204, nº. 4. *tom. II, coll. oper. col. 765, ed. Paris. Maurin.* Enarrat. in Psalm. XXXIV. Serm. 2, nº. 13, *tom. IV, op. col. 244,* et in Psalm. LXVIII. Serm. 1, nº. 9, *tom. eod. col. 695,* et Serm. *de sanct.* Serm. 265, nº. 1, *tom. V, op. col. 1110.* Serm. 285, nº. 2. *tom. eod. col. 1145, et contr. Crescon.*, lib. III, nº. 51, *tom. IX, oper. col. 462.*

(2) *Citat. cap. XIII,* nº. 12.

Digitized by Google

propendere se in reginæ Stwartæ martyrium significasset, cur nos eidem non consentiremus pro martyrio regis Ludovici? Convenit enim affectus, convenit propositum, convenit casûs acerbitas, undè convenire debet et meritum. Et quis unquàm dubitare possit, quin ille rex præcipuè interemptus fuerit in odium fidei, et ex catholicorum dogmatum insectatione? Jàmdiù erat, cùm calviniani in Galliâ orthodoxæ religioni perniciem moliri cœperant: sed parandi priùs fuerunt animi, ac impiis imbuendi doctrinis populi, quas ex eo tempore per libellos perfidiæ ac seditionis plenissimos (1) in vulgus spargere non desistebant, ac ad sui propositi societatem perversorum philosophorum operam adjungebant. Tale tàmque perniciosum impietatis artificium, scelus generalis gallicani cleri conventus anni 1745 deprehenderat (2), nosque ipsi jàm prævisam ex pontificatûs nostri pri-

(1) Procès-verbal du clergé dans l'année 1745, *Séance* 56, pag. 106: les livres à l'usage de la secte se répandent plus que jamais; ce n'est plus sourdement et en cachette, c'est aux assemblées qu'on les distribue; on en a débité pour des sommes considérables à deux assemblées tenues en Vivarais aux mois d'octobre et de novembre dernier. Le catéchisme d'Ostervald recommandé récemment dans leur synode a été imprimé cette année à Toulouse.

(2) *Cit. proces-verb.*, pag. 110. Leurs prédicans ont grand soin de les entretenir dans ces idées. Ils osent même publier que le temps de liberté est venu; et on sait la témérité qu'a eu l'un d'entr'eux de fabriquer dans le Dauphiné un édit à ce sujet; témérité qui a eu besoin d'être réprimée par la lettre de M. d'Argenson à M. le

Digitized by Google

mordio detestandam adeò perfidorum hominum industriam, intentatumque maximum periculum annunciavimus per epistolam encyclicam ad omnes episcopos ecclesiæ catholicæ (1), cùm eos sequentibus, verbis hortaremur : *auferte malum de medio vestri, id est venenatos libros ab oculis gregis magnâ vi, et sedulitate extorquete.* Quæ hortationes, ac monita nostra si successissent, minimè nunc adeò progressam esse intentatam regum, regnorumque perniciem doleremus. Cùm teterrimi illi homines multùm se proficere, jamque adesse tempus sua exequendi consilia agnoscerent, apertè proferre cœperunt, in libro typis edito anno 1787, assertionem Hugonis Rosarii, seu si quis alius est ejus libri auctor (2) :

---

premier président du parlement de Grenoble... Ces prédicans, qui dogmatisent impunément dans plusieurs dioceses, et dont le nombre s'augmente de jour en jour, sont la plupart gens sans choix, sans discipline, et qui manquent même de la mission requise parmi eux pour prêcher : plusieurs sont étrangers, et par-là même suspects : la plupart de leurs discours tendent moins à inspirer aux peuples les vérités et la morale chrétienne, qu'une haine cruelle et implacable contre la religion catholique. Que peuvent devenir des peuples crédules et livrés à cette espece de docteurs?... Si on joint à ces dispositions le génie plein de feu qui domine dans le pays, on sera parfaitement convaincu, que, quelques ménagemens qu'on aie pour les religionnaires, les pays où on les laisse se fortifier, sont exposés, au moment qu'on y pensera le moins, à être mis en combustion.

(1) *La défense civile et militaire des innocens et de l'église de Christ. ed.* Lugd. 1563.

(2) *Dat. 25 decembris 1775.*

Digitized by Google

laudabile nempè esse tollere de medio supremum principem, qui obsequi religioni reformatæ non vult, nec in se partes suscipere protestantium pro eâdem religione. Quâ tàm iniquâ sententiâ paulò ante declaratâ, quàm Ludovicus in vitæ miserrimas incidisset vices, palàm omnibus factum est, quæ illius origo fuerit ærumnarum ; idque adeò pro comperto habendum est, tales nimirùm, quales prodibant in Galliâ, ex improbis libris, tanquàm ex venenatâ stirpe, processisse fructus ; ut in vitâ scelestissimi *Volterii* in vulgus editâ scriptum fuerit : æternas illi ab humano genere habendas esse gratias, tanquàm primo publicæ revolutionis auctori, qui cùm populos ad suas agnoscendas, adhibendasque vires impulisset, effecit, ut formidabile illud dejiceretur despotismi propugnaculum, religiosa nempè et sacerdotalis auctoritas, quâ stante, nunquàm tyrannidis, ut dicebant, dissolutum fuisse jugum, cùm utraque mutuis inter se nexibus consistat, alterâque subversâ, alterius interitus necessariò consequatur (1). Hunc illi, tan-

(1) Mercure de France, du samedi 7 août 1790. A Paris, au bureau du Mercure, hôtel de Thou, rue des Poitevins, n°. 18.

Page 26 du dit Mercure, *Vie de Voltaire*, par le marquis de Condorcet, *suivie des Mémoires de Voltaire, écrits par lui-même.* « Il me semble du moins qu'il étoit possible de développer davantage les obligations éternelles que le genre humain doit avoir à Voltaire, les circonstances actuelles en fournissoient une belle occasion. Il n'a point vu tout ce qu'il a fait, mais

quàm

Digitized by Google

quàm de sublato regno, ac disjectâ religione triumphum jàm canentes, impiorum scriptorum, tanquàm ducum victricium copiarum, gloriam ac nominis splendorem deprædicant. Ac tùm fuit, ut, cùm his artibus ad suas partes maximam populi multitudinem illexissent, ad eamdem, per omnes Galliæ provincias, magis magisque ope ac promissis lactandam, seu potiùs illudendam, speciosum illud reperirent libertatis nomen, omnesque ad ejus elata insignia, ac vexilla evocarent.

---

il a fait tout ce que nous voyons. Les observateurs éclairés, ceux qui sauront écrire l'histoire, prouveront à ceux qui savent réfléchir, que le premier auteur de cette grande révolution qui étonne l'Europe, et répand de tous côtés l'espérance chez les peuples, et l'inquiétude dans les cours, c'est, sans contredit, Voltaire. C'est lui qui a fait tomber la premiere et la plus formidable barriere du despotisme, le pouvoir religieux et sacerdotal. S'il n'eût pas brisé le joug des prêtres, jamais on n'eût brisé celui des tyrans : l'un et l'autre pesoient ensemble sur nos têtes, et se tenoient si étroitement, que le premier une fois secoué, le second devoit l'être bientôt après. L'esprit humain ne s'arrête pas plus dans son indépendance, que dans sa servitude ; et c'est Voltaire qui l'affranchit, en s'accoutumant à juger sous tous les rapports ceux qui l'asservissoient. C'est lui qui a rendu la raison populaire, et si le peuple n'eût pas appris à penser, jamais il ne se seroit servi de sa force. C'est la pensée des sages qui prépare les révolutions politiques, mais c'est toujours le bras du peuple qui les exécute. Il est vrai que sa force peut ensuite devenir dangereuse pour lui-même ; et après lui avoir appris à en faire usage, il faut lui enseigner à la soumettre à la loi. Mais ce second ouvrage, quoique difficile encore, n'est pourtant pas, à beaucoup près, si long, ni si pénible que le premier ».

Digitized by Google

Hæc illa nempè *philosophica libertas* est, quæ illuc spectat, ut corrumpantur animi, ut depraventur mores, ut omnis legum, ac rerum omnium ordo subvertatur. Eam propterèà gallicani cleri conventus fuit detestatus (1) jàm in plebis animos per fallacissimas irrepentem sententias, eam nos ipsi in memoratâ encyclicâ hisce verbis designandam, declarandamque duximus : *id prætereà adgrediuntur perditissimi philosophi, ut quibus homines vinculis inter se, atque cum dominantibus conjunguntur, et in officio continentur, ea omnia dissolvant, liberum hominem nasci ad nauseam usque clamitant, regeruntque, nec cujusquam obnoxium imerio : societatem propterèà multitudinem esse hominum ineptorum, quorum se prosternat stupiditas coràm sacerdotibus, a quibus decipiantur, coràm regibus, a quibus opprimantur; adeò ut concordia inter sacerdotium et imperium nihil aliud sit, quàm immanis conspiratio contrà insitam homini libertatem.* Falso huic ac mendaci *libertatis* nomini illi jactati humani generis patroni adjunxerunt aliud æquè fallax nomen *æqualitatis*, inter homines scilicet, qui in civilem societatem coierunt, quasi,

(1) Procès-verbal du clergé de l'année 1745, *séance* 57, pag. 110. L'esprit d'indépendance, et l'amour d'une liberté ennemie de toute autorité, ont toujours animé cette secte, et ont fait connoître dans cette province de quels excès ils sont capables. Ils ne seront bons sujets, qu'autant que la crainte les contiendra.

Digitized by Google

illi cùm variis obnoxii sint animorum affectionibus, ac in diversos abeant, incertosque pro suâ cujusque libidine motus, nemo esse debeat, qui autoritate et vi prævaleat, coerceat, moderetur, ac a perversâ agendi ratione ad officia revocet, ne societas ipsa ex tàm temerario, ac inter se adverso plurimarum cupiditatum impetu in anarchiam decidat, prorsùsque dissolvatur; ad instar harmoniæ, quæ ex plurimorum sonorum consensione componitur, et si non aptâ chordarum, vocumque temperatione consistat, in perturbatos abit strepitus, ac planè dissonos. Deinceps cùm se constituissent juxtà phrasin S. Hilarii Pictaviensis (1), *præceptorum emendatores, et arbitros religionis, cùm religionis opus obedientiæ sit officium*, de ipsâ ecclesiâ, ejusque constituendâ ratione, nova ac inaudita statuere judicia cœperunt. Ex eâ officinâ prodiit sacrilega illa constitutio, quam nos, in responsione nostrâ diei 10 martii 1791, ad expositionem triginta suscriptorum episcoporum, refutavimus. Quarè congruè aptari videtur hîc posse, quod scriptum est a S. Cypriano (2) : *quomodò fiat, ut de christiano judicent hæretici, de sano saucii, de integro vulnerati, de stante lapsi, de judice rei, de sacerdote sacrilegi? Quid superest, quàm ut ecclesia capitolio cedat?* Qui in diversis civium or-

(1) *Liv. I, de Trinitate, n°. 15, pag. 775, edit. Paris. Maurin.*

(2) Ep. 55, *ad Cornel. de Fortunat. et Feliciss. contrà hæreticos. Juxtà recentem edit. Maurin. Paris., 1726.*

Digitized by Google

dinibus adhuc fideles erant, constanterque rejiciebant novæ constitutioni jurejurando se obstringere, ad infortunia statim, ac ad necem destinabantur : itum est repentè in promiscuas eorum cædes, sævitum in ecclesiasticos quàm plurimos, occisi episcopi, qui quantâ devotione, et reverentiâ colendi sint, exemplo suo docuit Christus Dominus, qui referente S. Cypriano (1), *usque ad passionis diem servavit honorem pontificibus, et sacerdotibus, quamvis illi, nec timorem Dei, nec agnitionem Christi servassent.* Fuit demùm ex quovis hominum cœtu interempta multitudo. Quorum mitior pœna fuit, e patriis sedibus, sine ullo discrimine ætatis, sexûs, conditionis, in exteras regiones ejiciebantur. Etsi verò decretum esset, ut quisque liberè, quam vellet, religionem exercere posset, quasi per quamlibet pateret ad æternam salutem

(1) Epist. 36, *ad Rogatian. juxtà ultim. edit. Maurin.* Quod mirificè inculcavit Carolus Magnus, *capitul.: de honore episcopor. et reliquorum sacerdotum apud Baluz. Capitul. reg. Franc., t. I, col. 437.* « Volumus atque » præcipimus, ut omnes suis sacerdotibus, tam majoris » ordinis, quàm et inferioris, a minimo usque ad » maximum, ut summo Deo, cujus vice in ecclesiasticâ » legatione funguntur, obedientes existant. Nam nullo » pacto agnoscere possumus, qualiter nobis fideles exis- » tere possunt, qui Deo infideles, et suis sacerdotibus » apparuerint, aut qualiter nobis obedientes, nostrisque » ministris ac legatis obtemperantes erunt, qui illis in » Dei causis, et ecclesiarum utilitatibus non obtempe- » rant ».

Et hinc a persecutionibus ecclesiasticorum repetenda sunt initia et ortus schismatum, et hæresum; prosequitur laudatus Cyprianus in proxim. cit. ep. 65.

Digitized by Google

via (1), sola tamen vetabatur catholica religio, sola, tanquam capitalis criminis pœnas effuso per fora, per vias, per domos sanguine luebat, neque aliquos exteræ ditiones, ad quas confugerant, tutari poterant, cùm ibidem deprehensi, ac dolis, perfidiaque decepti mactarentur. Sed hæc hæresum natura est, hic mos hæreticorum jàm ab antiquis ecclesiæ sæculis exortus (2), ac præ cœteris tyrannico calvi-

(1) Post multos alios, archiep. Roven. *reipubl. Christ. lib. II, cap. I, nº. 10.* Sola religio, ac fides catholica romana est, quam princeps acceptare, conservare, et omnibus viribus defendere debet, si se, suosque salvos velit. Illi qui secùs sentiunt, ac libertatem religionis esse volunt, fortunæ cælo destinantur cùm atheis et politicis. Nihil stultius, quàm asserere quemque in suâ religione salvari posse. Frustrà enim venisset Christus Dominus docere nos veram in se fidem, frustrà instituta tot concilia, ac damnatæ hæreses, si quisque in suâ religione salvari posset. Et quomodò contrariis viis incedentes ad eumdem pervenient terminum? Religiones autem pleræque inter se contrariæ, etiam illæ quæ Christum confitentur, invicem se proscribunt, et exterminant. Quomodò consistit respublica nullo certo religionis vinculo colligata? Ex diversitate religionum procedunt odia, oritur diffidentia, nutritur invidia, fiunt separationes, seditiones, per diversa conventicula exurgunt novitates, obedientia tollitur, quia quælibet religio suos superiores eligit, et sibi adversis parere sacrilegium judicat, bella concitantur, ut infinitis exemplis constat. Itaquè insulsum et ridiculum est, quod contendunt politici vel hæretici, libertatem religionis vel conscientiæ cuique relinquendam, quam tamen ipsi non relinquunt, ubi prædominantur.

(2) Dissert. II, in Irenæi *libros nº. 7, pag. 79, edit. Maurin.* Referuntur crudelitates Calaphrygum peractæ Lugdun. et Viennæ.

Digitized by Google

nianorum (1), præcipuè in Galliâ, confirmatus usu, vi, ac minis omnes in suos sensus impellentium.

Ex hâc apud Gallos incœptarum impietatum nunquàm interruptâ serie, cui non perspectum planè sit, odio in religionem primas acceptas referri partes earum machinationum, per quas omnis nunc exagitatur et convellitur Europa (2); ac exindè inficiari nemo possit ipsi mortem illatam esse Ludovico?

S. Athanasius *in Apolog. contr. Arianos*, nº. 33, *et in Apolog. de fugâ suâ*, nºs. 3, 6 et 7, *tom. I, part. I, oper. edit. Maurin., pag. 152, et pag. 321 et 323* describit crudelitates Arianorum.

S. Hieronymus *epist. 127, num. 9, tom. I, oper. col. 951, edit. Vallars* narrat crudelitates Origenistarum.

S. Augustin, *epist. 50, tom. II, oper. col. 116, edit. Maurin., ep. III, tom. eodem col. 319, epist. 134, col. 379: idem. contr. Crescon. lib. III, cap. XLIII, num. 39, tom. IX, col. 459* refert crudelitates Donatistarum.

(1) Nicol. Coeffeteau *pro sacr. monarchiâ eccles. cath. in præfat., tom. I, pag.* 2. Successit Luthero Calvinus, procella Galliæ, turbo pacis... Sanguinariam ille condidit sectam, quæ, florentibus Galliæ rebus, cristas erigere haud ausa, tandem per teneram Franscisci II., et Caroli IX. ætatem grassandi occasionem nacta, christianissimum regnum bellis civilibus attrivit. Ubi enim in florentissimo regno illa desœviit tempestas, æquata solo templa, eversa altaria, effossa sepulchra, trucidati Dei sacerdotes, stupratæ sacræ virgines, supplicia catholicis illata, strages editæ, et rex ipse Carolus IX. non solùm insidiis petitus, sed et apertâ vi oppugnatus est.

Gabut. *de vit. et reb. gest. S. Pii V, libr. II, cap. VII*, fusiùs describit hostiles barbarasque impietates à Calvinianis commissas.

Nicol. Bailly *vit.* Edmundi Auger, lib. I, cap. VII.

(2) Idem fecit Elisabetha, quæ suscitavit motus et rebelliones, etc. Jebb. pag. 179.

Digitized by Google

In eum illi quidem plurima cumulare conati sunt ex politicis rationibus deducta crimina, inter quæ tamen præcipua eminet firmitas animi, quâ decretum de ejiciendis in exilium catholicis presbyteris approbare, ac sancire noluit; itemque ejusdem epistola ad Claromontanum præsulem nunciantis, sibi constitutum esse, statim ac posset, catholicum in Galliam cultum restituere (1). An hoc satis esse non valeat, ne temerè existimatum, dictumque sit, Ludovium esse martyrem? Capitalis etiam in Mariam Stwartam prolata sententia nitebatur criminibus molitionum, conspirationumque adversùs publicæ rei statum, intermixtâ solùm religionis mentione (2); nihilò tamen minùs Benedictus XIV., spretis commentis in sententiâ expressis, veram judicavit, multòque aliis potiorem fuisse illius condemnationis originem, ipsum videlicet contrà religionem odium, indeque martyrii causam existere (3).

---

(1) De Seze, *Défense*, *pag. 29 et 30.*

(2) Sententia promulgata ab Elisabethâ contrà Mariam refertur in collect. Jebb., tom. II, p. 153 et 613.

(3) Mos est hæreticorum, tùm maximè Calvinianorum accusare falsò, reosque criminum gravissimorum agere catholicos. *Cit. Collect.*, *pag. 159.* Journal de l'assemblée du clergé de l'an 1641, mss. pag. 674. « Ainsi de tous côtés, l'expulsion de l'assemblée (de quelques évêques, renvoyés à leurs évêchés pour être défenseurs de l'immunité ecclésiastique), étoit sans raison, comme ceux qui la souffrirent étoient sans crime; mais on sait assez que, quand la justice manque, le prétexte suffit à ceux qui veulent, quoiqu'il en soit, exécuter leur

Digitized by Google

At hîc quidam, ut inaudivimus, huic Ludovici martyrio obstare existimant, quòd ille approbaverit constitutionem a nobis jàm refutatam in superiùs memoratâ nostrâ ad episcopos responsione. Verùm nonnulli arbitrantur rem secùs se habere, atque asserunt, cùm exhibita regi fuisset, cui nomen subscriberet, constitutio; hæsisse illum cogitabundum, ac subscribere recusasse, quòd timeret, ne factum id suum vim haberet approbationis. Sed cùm ei repositum esset a quodam ex administris, (cujus etiam nomen enunciant, cuique fidebat rex plurimùm,) non aliud illâ subscriptione significatum iri, quàm veridicum, seu authenticum esse constitutionis scriptum, ne nos, ad quos transmittendum ab ipso erat, suppositum illud esse ullo modo suspicari possemus, facilè simplici hâc, ut appareret, ratione inductus fuit ad subscribendum, idque in supremis suis tabulis innuit, cùm diceret, se contrà proprium votum subscripsisse : et reverà ipse sibi minimè congruere, planèque pugnare secum videretur, si quod ex animo approbaverat, constanter deinceps reprobasset, cùm scilicet subscribere noluerit decreto, quo presbyteri injurati in exilium mittebantur, neque item, in litteris ad Claromontanum episcopum datis, se catholicum in Galliâ cultum redintegrare velle declarasset. Sed utcumque illud fuerit, (non enim hîc quidquam in

---

passion. La brebis n'a pas troublé l'eau; mais le loup l'en accuse, non parce qu'elle a failli, mais parce qu'il la veut dévorer.

Digitized by Google

nos recipimus) ac ut etiam seductum, vel animi levitate, vel errore aliquo Ludovicum in subscribendo approbasse concedamus, nùm statim idcircò nostra erit de ejus martyrio varianda opinio? Vetat nobis certa illa ac solemnis, quæ subsecuta est regia retractatio, ac mors ipsa, quam superiùs demonstravimus, illatam ipsi fuisse in odium catholicæ religionis, ut idcircò quidquam honori ipsius martyrii detrahi posse perdifficile planè videatur. Quandoquidem in S. Cypriano, qui de baptismo hæreticorum aliter senserat, quàm veritas postulabat, tamen, uti fructuosum sarmentum gloriosâ martyrii falce Deus purgavit quod adhuc purgandum erat, ut totidem verbis, pluribus in locis refert S. Augustinus (1).

Non aliter institutâ quæstione in congregatione rituum, nùm obstaret martyrio *Johannis de Britto* societ. Jesu, quòd in missione Madurensi adhibuerit vetitos ritus Sinenses, non hæsitarunt suffragantes convenire in sensu *negativo*, scilicet *non obstare*, ex quo Dei servus per subsequens martyrium sanguine retractaverit usum ipsorum rituum: sed scissi fuerunt nùm expediret proferre favorabile decretum, ne captaretur occasio propugnandi recessum fuisse a repetitâ proscriptione eorumdem rituum. At Benedictus XIV. omnem sustulit difficultatem, præcipiendo, ne

(1) Epist. 93, *ad Vincent. Rogatist.*, *num.* 40, *et ep.* 208, *ad Macrob.*, nº. 9, *tom. II*, *oper. col.* 247 *et* 309, et contr. Gaudent Donatist. lib. II, *num.* 9, *tom. IX*, *col.* 671, *edit. Paris. Maurin.*

Digitized by Google

ex decreto pronunciando inferri posset apostolicam sedem recedere voluisse a constitutionibus suorum prædecessorum, ritus antedictos prohibentibus; at insimul approbavit retractationem emissam a ven. *Joanne*, non atramento, sed sanguine, decernendo appositam exceptionem non obstare, quominùs in causâ ven. servi Dei *Johannis de Britto* ad ulteriora procederetur ad discussionem dubii super martyrio, et causâ martyrii, necnon alterius dubii, de signis, et miraculis, quæ ejus intercessione patrata dicuntur, ut ex decreto tunc lato, et typis evulgato 2 julii 1741. Hoc nos instructi decreto, veram esse planèque comprobatam cernentes Ludovici retractationem, scriptàm et atramento et generoso ejus sanguine effuso, non longè abeundum nobis esse censemus a Benedicti judicio, non jàm ut simile nunc efformemus decretum, sed ut in nostrâ constemus jàm præceptâ animi sententiâ de martyrio regis Ludovici; non obstante, quæcumque illa fuerit, civilis cleri constitutionis approbatione.

Ah Gallia! Gallia! a prædecessoribus nostris appellata *totius Christi unitatis speculum, et immotum fidei firmamentum, utpotè quæ in fervore fidei christianæ, ac devotione apostolicæ sedis, non sequeris alias, sed antecedis* (1)! Quàm hodiè aversa a nobis es, quàm hostili in religionem veram

(1) Gregor. IX ad Rhemense, Parisiense, aliaque canonicorum collegia, apud Raynald. *ad ann.* 1227, *num.* 9.

Digitized by Google

animo ; ac inter omnes, qui unquàm fuerunt ejusdem insectatores, infestissima ! Et tamen ignorare, etsi velis, non potes, quòd tutela et soliditas regnorum est fidei religio, utpotè quæ et potestatum abusus, et subjectorum licentiam comprimit, atque hanc ob causam invidi hostes regalium potestatum, ut eas dejiciant, ad subvertendam catholicam fidem adspirant (1).

Ah iterùm Gallia ! tu quæ regem tibi dari catholicum postulasti, quia leges fundamentales regni, non alium regem, nisi catholicum patiebantur (2), en hodiè, quem habebas catholicum regem, ob idipsum, quod catholicus esset, occidisti !

Tantus porrò fuit ille tuus in regem furor, ut nec ipsâ illius cæde satiatus quiesceret. In mortuum etiam, in ejusque exanime corpus sævire voluisti ; inhonoratâ siquidem mandasti cadaver ipsum inferri, humarique sepulturâ (3). At in Mariâ Stwartâ jàm extinctâ, ratio habuit regiæ dignitatis. « Corpus » ejus relatum fuit in arcem, et balsamo » conditum, repositum in loculo, paratum ad » sepeliendum..... Domesticisque ac mi» nistris injunctum, ut ibidem remaneant,

(1) B. Gregor. X, *in epist.* ad Alphonsum regem Lusitan. penès Raynald. *ad ann. 1273, parag. 25.*

(2) Not. ad Natal. Alex. *Histor. Eccles. sæcul. XV. et XVI., art. 2, post schol., tom. IX, pag. 229, edit. Venet., ann. 1778.*

(3) Vera imparziale relazione dell' assasinio ordinato dalla convenzione nazionale, cavata dal fogli usciti di Francia. edizione fatta in Milano dal Veladini, pag. 12.

Digitized by Google

» ac pristinum statum, et splendorem con-
» servantes aliò non concedant, donec ho-
» norificæ alicui sepulturæ mandetur (1) ».
Quid hoc inexpleto odio tuo tandem lucrata fueris, nisi dedecus, infamiam, atque regum ac principum omnium multò graviorem, quàm quæ in Elisabetham Anglam exarserat, offensionem, odium, indignationem (2)?

Oh dies Ludovico triumphalis! cui Deus dedit, et in persecutione tolerantiam, et in passione victoriam, caducam coronam regiam, ac brevi evanescentia lilia, cùm perenni aliâ coronâ ex immortalibus angelorum liliis contextu feliciter illam commutasse confidimus.

